

1967. a. 26)

COLLEGII FEUDALIS
PUBLICI ET ORDINARIII,

DISPUTATIO I. 1609, 1

DE
ORIGINE, AU-
CTORITATE, COM-
PILATORIBUS ET DEFI-
NITIONE FEUDORUM.

Quam

Σ Τ Ν Θ Ε Ω

Ex Consensu & Auctoritate, MAGNIFICI
& AMPLISSIMI Jctorum Ordinis, in hac legum
nutrice SALANA

PRÆSIDENTE

Viro Clarissimo ac Consultissimo

DN. WOLFGANGO WERTHERO
Mülspfort J. U. D.

In Jctorum Auditorio ventilandam proponit
PETRUS RITTERUS Isleb.

ad diem 18²⁶ August.

OLDENDORPIUS.

Nolite judicare secundum aspectum, sed justo judicio judicate.

J E N Æ,

TTPIIS JOHANNIS VVEIDNERI,

Anno Salutis cIo lcc ix.

de h. l. h. i. v. 12.

*MAGNIFICIS,
AMPLISSIMIS, CONSULTISSIMIS,
Auctoritate, multoq; rerum usu & expe-
rientiâ præstantissimis VIRIS:*

**DN. LUDOVICO GVL-
LIELMO MOSERO** Jcto eminentissimo:
ac serenissimo Potentissimoq; Saxoniae Electori
à Secretis & Consiliis intimis.

DN. PAVLO PRUCKNERO Jcto
celeberrimo: Consiliario Saxonico, & liberae civita-
tatis & Imperialis Reipubl. Svvinfurtensis Advocato
solertissimo & gravissimo.


DN. DANIELI LEICHERO. Reipubl.
Lipsiensis Aedili primario, nec non Electoralis ibidem
Scabinatus Assessori meritissimo & dignissimo.

DN. HEINRICO Thursch/ILLVSTRISSIMIS
Celsissimisq; Saxoniae Ducibus linea Vinariensis
à Secretis intimis.

*Dominis, Meccenatibus ac Promotoribus suis
summo ac perpetuo reverentia & observantia studio.
unicè & semper prosequendis,*

Hanc Disputationem Feudalem primam
submissè ac devotè dicat & consecrat

*Petrus Ritterus Isleb.
Auctor & Resp.*


ERUDITISSIMO DN. RESPONDENTI
PETRO RITTERO.

EN tibi fortis eques nunc imperterritus astat,
Ad sua quem promptâ provocat arma manu.
Siste pedem: bellum non Marte sed Arte geretur,
Non est quod metuas verbera, verba cadent.
Ergò si cupias adipisci nobile feudum,
Et fructum studiis inde referre tuis.
Sic caveas: nostris reddas tua nomina castris,
Et præstes validam lege jubente fidem.
Noster eques placidi posuit primordia belli,
Cur cessas? similem tu quoque carpe viam.
Feuda dabunt fructus, lucrosa scientia feudi,
Hanc messem satis est si tuus edet ager.
Quod reliquum; mi PETRE tibi nunc grator honorem,
Proque tuo merito commoda mille precor.
Sic, ut capisti, pergas; nam justa peracti
Causa laboris erit: præmia digna feres.

Amoris & honoris ergò f. Præses.

Magna quidem laus est libris incumbere multis,
Gnaviter & studiis invigilare bonis.
Gloria at est ex jure theses depromere major
Deque his cum doctis differuisse viris.
Hinc quoties RITTERE theses defenderis, ista
Res est crede mihi nota, satisque patet.
Nec toties certasse sat est, en rursus in auras
Egregiæ redeunt non sine laude theses.
Quapropter tenui versu hoc tibi gratulor atque
Fausta precor quævis, suavis amice, tibi.

Christophorus Neumajer j. u. D.

Somnia sunt jam FEUDA tibi RITTERE, perita
FEUDA, quibus splendet culta, vasalle, domus.
O sint res jam FEUDA tibi, RITTERE, probatz.
FEUDA, quibus meritis splendeat aula tuis.
Res tibi verba dabunt, ex verbis FEUDA sequentur.
Sic benè, RITTEROS splendida FEUDA decent.

M. Thomas Sagittarius Professor publicus.





Defendis RITTERE tuum nunc optime nomen,
Dum fortis versas utriusq; volumina juris.
Perge; ex ambiguis exsculpere vera labora,
Præmia sic capies magni non parva laboris,
Et magnâ cum fruge olim quæ vera docebis,
Nec parvâ cum laude olim quæ falsa refelles.

M. Georgius Mylius, G. p. m. f. j. u. Doctorandus,

NOBILE regnandi munus, si LEGIBUS, ARMIS.
Utrinq; ex æquo stet, recidatve, pede.
Quidni NOBILITAS, vel MARTE vel ARTE superba
Utrinq; ex æquo stet recidatve pede.
Hinc tibi PETRE sapiis supra malè nobile vulgus
Quando UNIS rebus nomen EQVESTRE suis.
Consta. Sic annis disces, aulâq; magistris,
Laurum linguæ, arma succubuisse Togæ.

Iohannes Gulo Britzvaldens. LL. Cand.

Alma Dice haud vult serpere humi, sed surgit in auras,
Cultoresq; suos ad loca magna trahit.
Nec vult ut taceant, sed in artibus ora resolyant,
Ut volitare queant docta per ora virum.
Nam quia sunt ejus comites stipante caterva
Svada, Thalia, Themis, luxuriare volunt;
Luxuriare suis in honoribus, atque vigere,
Atque referre artis præmia digna suæ,
Hinc quoque distribuunt laudis sua munera, famam
Nominis ut sit EQVES, quem Dice amore trahit.
Gloriæ equus vehit hunc, vestigia grataque ponit,
Ut sit dignus EQVES, quem BONA Fama trahit.
Euge age, PETRE, Dices sumfisti præ omnibus omnes
Delicias, ejus jam quia velle facis.
Et jam te Cathedra exoptat, bona ut inde capefses,
Inque tuas laudes nunc equitare queas.
Sic mox te ducent EQVITEM cum gloria & arte
Alma Dice, dulcis Svada, Thalia, Themis.

Christopherus Stoltzer.

COLLEGGII FEUDALIS I.

PUBLICI ET ORDINARIJ,

DISPUTATIO PRIMA.

Respondente

PETRO RITTERO Isleb.

Prooemium.



MNE JUS QUO UTIMUR, AUT
constat jure scripto aut sine scripto (a)
quod usus approbavit & consuetudo
(b) propriè appellatur. Ne a, de feudi-
ticiis consuetudinib, tanquam de Ju-
re non scripto Conclusiones aliquot
proposituri, super caduco & incerto opere laborare
videamur, lege aliquâ methodi servatâ, commodè
ab earum origine, quæ cujusq; rei potissima pars à
Cajo JCto nominatur, l. i. in pr, d. Orig. Jur. auspica-
mur. Principio enim cognito, extrema facilius in-
telligi autor est Cic. pro Cluentio. Quippe Princi-
pium dimidium esse totius, in vulgari & antiquo cir-
cumfertur proverbio, Arist. lib, 10. problem. c. 15. &
s. polit. c. 4. & 1. Eth, c. 7. Senec. in epist, ad Lucili-
um. 34. Ausonius in Epigram. ad Cupidinem. Plato
in 6. de ll. Hinc Lucretius canit:

— *Cui nisi prima fides fundata valebit*

Haud erit occultis de rebus, quo referentes

Confirmare animi quicquam ratione queamus.

Quo præsupposito fundamento, justo ordine ad hu-
jus Juris auctoritatem (c) compilatores, definitionem nomi-
nis & rei descendemus.

A

(a) §. con.

2.

(a) §. constat autem. Inst. de J. N. G. & C. & l. jus civile. 6. ff. de J. & J.

(b) Talis autem debet esse consuetudo, quæ dudum invaluit, ac tacito populi consensu recepta est. l. 32. ff. de ll. & frequenter in eodem controversiarum genere servata. l. 1. C. de ll. quæq; antiquitùs probata. l. fin. C. d. tit. id est per multos annos. l. 35. ff. de ll. usu longævo. l. 2. C. eodem, & diuturno. l. 33. ff. d. tit. observata & introducta.

(c) Inter utriusq; enim Juris materias doctrinam feudalem, non minimam habere utilitatem, quotidiana experientia forensium causarum, quæ rerum magistra vocatur §. pen. Inst. de satisdat. testatur. Unde Jason præter alia, eam difficilem valdè atque lucrosam pronunciat, maximè in Germaniæ partibus. Ibi enim inter *Duces, Comites, Barones, & Nobiles*, sæpissimè arduæ atque gravissimæ de hac materiâ oriuntur quæstiones, Obrecht. in proleg. Disp. feud. Giph. in proœm. tract. feud. Rectè etiam cum Ulp. sentimus, in l. 1. ff. de in integr. restit. utilitatem hujus materiæ non egere commendatione, cum ipsamet se satis commendat.

THESIS I.

De Origine.

O Riginem igitur feudorum seu rei, de qua & cujus gratiâ hic queritur, secundum varias interpretum opiniones, variam esse, nemo est, qui ignorat, adeò quidem, ut nusquam apud historiographos vera tanta controversiæ certitudo appareat. (a)

(a) Quo-



(a) Quoniam autem in dubiis rebus conjecturis locus sit, l. 137. §. 2. in fin. de V. Obl. & nos cum aliis aliquantò studiosius pro nostra tenuitate in hanc rem inquiramus, ita ut si quæ probabilia fundamenta & documenta produxerimus, eligamus ea, quæ nobis majorem fidem faciant, & veritati propius accedant. Hinc Sonsbec. dicit part. 1. nu. 29. d. feud. Parvi momenti esse videri, in hac re investiganda, se plus nimio macerare, & fatigare, cum ad rem ipsam parùm aut nihil faciat, & ferè nemo sit scriptorum, qui solidè ejus rei veritatem doceat, & Dn. Arumæ. 1. Disp. feud. th. 2. putat tot opinionum involucris hanc rem implicatam esse, ut vix Dædali artificiosa manu constructum labyrinthum plures recessus præ hac habuisse credat.

II.

Celebriores autem ac precipuas Dd. sententias in quinque classes distribuemus. In quarum prima agatur, num feudorum origo statim cum genere humano existere cœperit?

In qua sententia est Niell. Disput. feud. 1. thes. 1. idque probat c. un. §. 1. De his qui feud. dar. poss. Ubi sic legitur: *Antiquissimo enim Hujus ætate tempore sic erat in Dominorum potestate connexum, ut quando vellent, sercioris possent auferre rem in feudum à se datam.* Hinc existimat ille, nunquam rectius aut verius illa verba accipi posse, quàm de tempore antiquissimo primæ MONARCHÆ, quæ cœpit vivo adhuc NOA, Genes. 10. v. 8. & seqq. Unde cum genere humano feudorum originem extitisse, concludit absolutè, cum probabile omnino sit ab iis profluxisse, qui primi ab initio, in alios imperium usurpassent, & hac ratione infirmam adhuc & crescentem potentiam progressu temporis magis magisque corroborare cœpissent. Adducit insuper exempla sacrarum literarum quamplurima, & præsertim cap. 14. v. 4. Genes. Ubi exemplum reperitur quinque REGUM, qui Regi CHODORLAHOMOR 12. annis servisse dicuntur, & anno 13. ab eo rebellasse: sed ad hoc RESPONDENDUM EST: Licet hi quinque Reges Regis CHODORLAHOMOR tributarii fuerint, & quotannis certum tributum, vel in signum subjectionis vel fœderis, vel pacis conservandæ gratiâ ei persolverint, inde tamen minimè sequi illos ipsius fuisse VASALLOS. Exemplo nobis sit, quod Imperator & cœteri status Imperio Romano-German. subjecti superioribus annis tempore pacis, Turcico Sultano tributum persolverint, quem tamen ut Dominum nequiquam recognoscunt, nec propterea ejus Vasalli aut subditi justè proclamari poterunt. Nam hæc tributaria solutio non facta.

Resp.



4. facta fuit & processit ex aliqua obligatione, quæ speciem quandam subje-
 ctionis redoleat, sed ut pax eò melius conservaretur, & vicinæ regiones
 ab incursionibus frequentioribus tanti hostis eò quietiores & tutiores red-
 derentur. Deinde in adducto c. 14. neq; juratæ neq; injuratæ fidelitatis,
 Regi CHODORLAHOMOR promissæ aut præstitæ mentio fit, in
 qua tamen omnium feudorum essentialis forma & substantia consistere
 dicitur. Instat Niell. & aliud infert exemplum ex 2. Paralip. 36. v. 13. &
 1. Reg. 4. v. 2. & 7. cum seqq. Vbi juramenti fidelitatis mentionem fieri dicit,
 & quidem in d. c. 36. 2. Paralip. de juramento à Rege SEDECIA NE-
 BVCHADONOSORI REGI BABYLONIÆ præstito scriptum
 extare. Resp. Posteriores textum in d. c. 36. quod attinet, non equidem
 negare possumus Regem SEDECIAM NEBVCHADONOSO-
 RI ibidem juramentum verissimum jurasse, sed an illud regni in feudum
 accepti nomine præstitum sit: an propter meram & nudam gubernatio-
 nem & administrationem Regi SEDECIAE commissam: an verò soci-
 ale fuerit, vel in signum fœderis, inter Regem BABYLONIÆ & Re-
 gem HIERSOLYMITANVM intecefferit, valde dubium & in-
 certum est: Nobis placet, cum paulò post Rex BABYLONIÆ totum
 regnum HIERSOLYMITANVM devastaverit, verosimilius ex-
 inde videri; Juramentum hoc saltem in signum fœderis vel sodalitiæ factum
 fuisse: Si enim proprietas & dominium ad ipsum spectasset, procul-
 dubio regnum HIERSOLYMITANVM non ita funditus ever-
 tisset & penitus delevisset. Ad alterum text. ex 1. Reg. 4. v. 2. 7. & seqq.
 defuntum RESP. textum ibi loqui de principibus, præfectis & præpo-
 sitis Regis SALOMONIS, qui subjectum habebant populum, & statu-
 tis operibus imperabant, quorum alii dicebantur Scribæ & Cancellarii,
 d. c. 4. v. 3. alii duces exercitus, v. 4. alii tributorum exactores, alii præ-
 fecti annonæ &c. Atque hi omnes Regis erant officarii, non autem
 Vasalli. Reliqua exempla, quæ de SATRAPIS & aliis populis ad suam
 intensionem plenius stabilendam superaddit Niell. veram & propriam feu-
 dorum originem non arguunt & inducunt, sed saltem ad præfecturas &
 administrationes provinciarum pertinent.

Resp. ad
 Inst.

III.

*In secunda classe ponderabimus mentem,
 ac rationes illorum, qui feuda ab antiquis Ro-
 manorum clientelis promanasse statuunt.*

Cujus assertionis Autores sunt Zasius in tractat. suo feud. part. 1. nu. 1. in l. 2. ff. d. Orig. Jur. in pr. in verb. Curias; Jac. Cujac. in com-
 ment. ad lib. feud. ferè in pr. Bud. in l. herennus. ff. d. Evi&t. Sonsbecc. in tract. feud. part. 1. nu. 30. & aliquot seqq. Hotomann. in disput. feud.

c. 1.



e. 1. & 2. Borch. d. Orig. Feud. v. 1. Atque hujus opinionis probationem
 sumunt ex comparatione CLIENTELARUM, de quibus vid. Gell. lib.
 5. c. 13. item l. 3. ff. d. usu & habitat. l. 3. §. sed quod diximus, ff. d. pen.
 legat. l. 5. ff. d. his qui effud. vel dejec. l. 7. §. 1. d. captiv. & postlim. revers.
 l. 89. d. furt. l. 14. §. 1. C. d. judic. l. 3. in fin. C. de Novat. In quibus locis
 omnibus clientelarum mentio fit. Budæus in l. 63. de evict. Zasius magnus
 antiquitatis scrutator secundum Marin. Frecc. in comment. feud. in pr.
 in l. 2. d. orig. Jur. & rursus in Epit. d. feud. in prim. part. Hannetonius
 lib. 1. feud. c. 2. Oldendorp. clas. 5. d. act. benefic. ET FEUDORUM:
 Nam ut olim CLIENTES patronis & vicissim PATRONI clientibus
 mutuâ inter sese obligatione attricti tenebantur: Ita & in feudis paria jura
 recepta esse asserunt: Vnde concludunt, ut quemadmodum Vasalli Do-
 minis & Domini Vasallis in præstanda fide & fidelitate mutuâ vice obli-
 gati sint: pari etiam modo Vasalli cum clientulis, & Domini cum patro-
 nis in omnibus ejusdem juris & æqualis conditionis esse judicentur, & per
 consequens originem eorum clientelis Romanorum omninò ascriben-
 dum esse sibi persuadent. Nam si hæc altiùs & velut ab ovo repetamus,
 constat ab initiis URBIS ROMANÆ, Romulum hoc instituisse, ut
 quilibet ex plebeis & popularibus patricium & potentem sibi quæreret,
 qui sui & suorum bonorum defensionem & patrocinium in publicis & pri-
 vatis causis susciperet, & omnem injuriam à se propulsaret, pro quo be-
 neficio clientes patronis vicissim, ad omnem observantiam & obsequium
 referendum devoti & obstricti erant, adeò, ut quoties res vel necessitas po-
 stularet, ipsis adesse, & promptis manibus opem ferre cogerentur, d. l. 3. §.
 1. d. captiv. & postlim. revers. d. l. 5. §. 1. d. his qui effud. vel dejec. Zas.
 part. 1. d. feud. nu. 1. Duar. d. feud. nu. 3. in pr. Hotomann. d. feud. p. 2.
 Et duravit quidem hæc clientum & patronorum institutio, non tantum
 stante Republicâ, sed & postea sub AVGYSTIS, usq; ad VANDA-
 LICAS & GOTTICAS irruptiones: Unde & Salvianus Massilien-
 sis queritur sub specie clientelæ susceptos miserè à potentioribus habitos
 fuisse, Plutarch. in Romulo Dyonis. Halicarnas. lib. 2. antiquit. Gell. lib.
 5. c. 13. t. tit. C. ut nemo ad suum patroc. suscip. rustic. vel vir. cor. Salv.
 d. provid. lib. 5. SECVNDO moventur ex c. un. d. content. inter
 dom. & fidel. & c. 1. d. alienat. feud. Ubi VASALLI CLIENTULI
 vocantur. III. PATRONO & CLIENTI non licet se invicem accu-
 sare, nec testimonium adversus se dicere, nec cum inimicis confederari.
 Halicarnas. dict. loc. quæ omnia etiam in vasallis & Dominis locum ha-
 bere cognoscuntur. IV. PATRONUS clienti præsidium, & CLI-
 ENS patrono vicissim operam & obsequium debebat. Simili modo id
 dicitur de DOMINO & VASALLO, quorum alter alteri patrocini-
 um & auxilium mutuâ fide & vice reddere obstrictus est, c. 1. in f. d.
 form. fidelitat. lib. 2. tit. 6. V. Omnis dolus à PATRO-
 NO & CLIENTE l. 12. tabul. abesse jurebatur, quæ talis erat:
 A 3 PATRO-

5.

*Rationes
dubitandi*

1.

2.

3.

4.

5.

6. PATRONUS si clienti fraudem fecerit, sacer esto, hoc est, ad supplicium rapiatur. Serv. in comment. ad Virgil. Hotoman. & Balduin. ad fragm. l. 12. tab. Gell. lib. 5, c. 13, Idem abesse in feudis jubetur, dum mutua felonia inter Dominum & Vasallum omnino prohibetur, ob quam & utrinque feudum amittitur. c. un. §. Domino. si de feud. defunct. content. sit int. Domin. & agnat. Vasall. lib. 2. tit. 26. Relinquitur igitur, quod *ubi sit eadem ratio vel equitas, sibi eadem quoque esse debeat juris dispositio* cum casus, quos necit paritas æquitatis, & identitas rationis, quoad juris decisionem, non sint separandi. l. 32. ad L. Aquil. l. 108. de V. O. l. 1. §. 1. de pœn. l. 27. §. 2. ad L. Jul. de Adult. l. 9. §. 2. de edend. §. 2. in fin. Instir. quod cum eo qui in alien. potest. c. 4. de rescrip. c. 2. de translat. Episcop. c. 10. de probat. §. 10. Inst. Mandat. l. 12. l. seq. l. 28. de ll. l. 1. C. quæ sit long. consuet. cum in primis aliis. RESP. Et si in veteribus tam ROMANORUM, quam aliarum GENTIUM moribus & institutis multa reperiantur non absimilia hisce feudalibus consuetudinibus, nullum tamen exemplum ostendi potest, quod in omnibus huic juri respondeat, quod in fidelitate mutuâ & prædiis potissimum feudariis positum est. Deinde veterum illarum clientelarum jura à feudis maximè differre, & toto cœlo distare, hisce rationibus probatur. I. De naturâ & substantiâ feudi propriè est, ut VASALLUS à DOMINO feudi prædium accipiat, quod non fiebat in jure clientelari, licet quidem maxima ratione inter se obstringebantur PATRONUS & CLIENS, nulla tamen inde debebantur prædia. CLIENTES enim ultrò patronum quarrebant, suo qui illos patricinio defenderet, ut supra dictum, nec opus erat ad hoc fundos conferre & invitare. II. CLIENTES prædia suapleno jure possidebant, licet se suaq; bona, in fidem, tutelam & patrociniū patronorum subiciebant, quod secus est in VASALLIS, illi enim bona feudalitia saltem ususfructus jure & ad tempus quamdiu uterque volebat, possidebant, lib. 1. feud. 1. §. 1. III. Nusquam proditum est, CLIENTIBUS onus militiæ annexum fuisse, VASALLORUM autem ea est conditio, ut in militiam ire vel vicarium mittere, aut certum censum Domini ærario inferre cogantur, 2. feud. 7. & lib. 2. feud. 28. IV. CLIENTES olim patronis suis ad filias elocandas DOTEM si pecuniis indigerent, conferre, item pro redemptione patroni captivi vel filiorum hostibus precium solvere jubebantur. Et in summa in omnibus sumptibus pro Republ. faciendis per patronos participes impendii erant, quæ itidem de Vasallis nulla ratione dici & affirmari possunt. V. CLIENTES in omnibus servitii & obsequii fidem præstare cogebantur, tam ad personas, quam ad res & negocia. VASALLI autem non nisi ad limites rei beneficiatæ. VI. VASALLI FIDEM & hominum jurant Dominis, c. Imperialem. de prohib. feud. alien. per Fred. lib. 4. tit. 55. c. 1. §. fin. per quos fiat investit. lib. 2. tit. 3. c. un. qual. jur. del. Vas. dom. f. d. lib. 2. tit. 5. c. 1. d. form. fidel. in pr. lib. 2. tit. 6. c. 1. de Nov. form. fidelit. lib. 2. tit. 7. c. un. de contro. feud. ap. par. term.

Responsio
ad objecti-
ones.

Rationes
decidendi.

1.

2.

3.

4.

5.

6.

term. lib. 2. tit. 6. CLIENTES ea non jurant patronis suis, sed inter eos est mutua quadam ex 12. tab. ll. necessitudo & fidelitas. Cujac. in pro egom. lit. g. Giph. tract. feud. c. 2. nu. 8. VII. Deniq; CLIENTES patronis, VASALLI Dominis respondere dicuntur, Cujac. d. loc. Obrecht. disp. 1. Feud. thes. 57.

Alii eorum originem referunt ad ROMANORUM MILITIAS, in qua opinione sunt Haloand. in Nov. Inst. 53. & 59. Matth. de Afflict. in præhud. feud. nu. 31. Item Seyssel. in specul. feudor. in definit. feudi, vers. tertio principaliter est videndum, & Vigl. in §. 1. Inst. d. milit. testam. De quibus militiis vid. etiam. l. 3. §. si quid minori. 7. ff. d. Minor. l. Lucius Titius. 22. & l. mortuo bove. 49. §. 1. ff. de Leg. 2. l. omnimodo 30. §. ult. & l. ult. C. de inoff. testam. l. 11. §. 16. l. pen. §. pen. de leg. 3. l. 18. §. 2. de Alim. vel cib. leg. l. fin. C. de pignor. & præcipue Nov. 53. c. 5. & Nov. 97. c. 3.

Fundamenta ea adferunt. Sicut militia procedit à PUBLICO, sic & feudum procedit à publico. Videlicet à MUNIFICENTIA Regum, Imperatorum, Principum, & aliorum, qui feuda dare possunt, ut in §. optimum. Auth. de exhibend. reis. ibi, paulatim vero &c. II. MILITIÆ transeunt ad hæredes, feuda itidem E. sunt eadem. III. MILITIA potest acquiri per pecuniam d. l. 22. d. Leg. 3. d. l. 30. in f. C. d. inoff. test. d. l. pen. §. pen. de leg. 3. FEUDUM quoque c. 1. de feud. dato in vic. leg. commiss. IV. VASALLI milites dicuntur, c. 1. d. feud. sine culp. non amitt. lib. 1. tit. 21. c. un. quo temp. mil. invest. per deb. lib. 1. tit. 22. c. un. de content. int. dom. & Vas. lib. 1. tit. 23. V. FEUDA principaliter ab initio ad res imperii augendas & tuendas inventa fuerunt. c. 1. de prohib. feud. alienat. per Lothar. & Fred. VI. In utrisque certa COMMODA & PRÆMIA versantur. Adde Soubbecc. in tract. feud. part. 1. nu. 33. & Giph. d. tract. feud. c. 2. nu. 9. RESP. Quamvis in hisce feudum & militia convenire videantur, in multis ramen aliis contra differunt, & I. MILITIA sine consensu Domini potest alienari, d. l. pen. §. alumno. pen. ff. de leg. 3. FEUDUM non item. tot. tit. de prohib. feud. alienat. tam Lothar. quam Fred. lib. 2. tit. 55. II. FEUDUM non transit ad extraneos hæredes, c. 1. de alienat. feud. nec ad FOEMINAS. c. 1. §. & quia. 3. de his qui feud. dar. poss. c. 1. vers. filia non succedit, de success. feud. lib. 1. tit. 8. & lib. 2. tit. 30. nisi speciali pacto aliud caveatur. MILITIA autem transit & ad extraneos & ad foeminas, l. fin. C. de pign. III. In MILITIIS nullum homagium, aut ea fidei ratio seu formula exigebatur, quæ in feudis exigi solet, ut quæ proprie & maxima ex parte in re & opera militari occupentur, nec sint officia certa, ut de militiis mox audiemus, sed prædia certa ad fidem & hominum devincta, lib. 2. tit. 52. & 55. & 30. & 6. & 7. ejusdem lib. Giph. d. tract. feud. c. 2. num. 12. IV. In MILITIA, quando socius sine hærede decesserit ex imperiali liberalitate alter socius succedit, per l. un. si libert. Imper. soc. sine hæred. decesserit, sed in FEUDO

7.

7.

Alia derivatio.

Rationes dubitandi.

1.

2.

3.

4.

5.

6.

Rationes decidendi.

1.

2.

3.

4.

8.

Obst.

Resp.

Olim varia fuerunt genera militiarum.

FEUDO à Rege duobus dato, unus alteri non succedit, nisi expressè hoc ipsum dicatur, aut ex pacto speciali in investiturâ provifum fit secundum communem Dd. opinionem, ut in c. 1. d. Frat. d. nov. benef. investit & per Alexand. in l. simili & Titio. ff. de V. obl. & in c. 1. §. cum v. Conradus. de his qui feud. dar. poss. NEC OBST. nobis dictum c. un. d. Feud. fis culp. non amitt. d. e. un. Quo temp. mil. invest. d. c. un. d. content. ini. dom. & fidel. Ubi VASALLI milites dicuntur. E. Origo eorum à militiis descendit. Verùm militias à feudis plurimum distare, jam non solum aliquot rationibus à nobis ostensum est; sed & manifestius horum discrimen elucebit, si definitionem militiarum, ad rimandum & ruminandum proposuerimus. Definiuntur autem quod fiat *certa quadam officia eorum, qui in aliquâ scholâ inter statutos relati salaria & comoda à principe consequebantur*, Jac. Cujac. in l. 3. §. si quid minori. ff. d. minor. Hinc solebant milites pro introitu militiæ commilitonibus suis aliquid erogare, l. pen. §. fin. d. legat. 3. Olim autem varia fuerunt militiarum genera. ALIA enim militia fuit adjutorum quæstoris, ut notat Julianus Patrit. Nov. 35. & ibi Cujac. idem quoq; Cujac. in l. fin. C. d. proxim. sacror. scriniorum. ALIA silentiariorum. l. omnimodo. §. ult. C. de inoff. testam. qui in Consistorio vel palatio principis silentium imperabant, Cujac. in l. 1. C. d. silentariis. ALIA vocatur *ἡ ἀνέμνησις σιληρεσιῶν στρατιωτικῶν* distributio stipendiorum militarium. ALIA *ἡ ἐπιδοχὴ τροφῶν στρατιωτικῶν ἀφοροῦμενον* annonæ militibus nutriendis seposita cura. ALIÆ militiae erant telorum sive armorum, id est, officia eorum, qui in aliqua schola tela & arma fabricant. ET DENIQVE quascunque alias procuraciones leges civiles nominant militias. Zonaras in Can. Apostolorum. 83. Borch. d. Orig. feud. c. 2. n. 5. & seqq. Et harum militiarum originem primum ex liberalitatibus principum atque congiariis, quæ plebi Romanæ dabantur promanasse, late prosequitur Alciat. lib. 8. Parerg. l. 5. c. 5.

III.

Rationes dubitandi.

1.

TERTIO sunt nonnulli, qui veram ipsorum nativitatem ab ARMATIS MILITIIS repetere conantur, ita, ut eam ad agros sive prædia ab hostibus capta, quæ Romani post insignem aliquâ victoriam militibus in præmium virtutis militaris assignare solebant, referre non dubitent, quod sentit Vigl. Zuichemus in pr. ad tit. Inst. d. milit. testam. n. 22. & ad Rub. C. eod. tit. Olim enim prisca ROMANI, & postea Imperatores in hanc curam unice incumbabant, ut quoniam bellorum fortuna anceps est, ipsorum milites in disciplinis militaribus optimè informarentur atque exercerentur. Deinde si satis videbantur instructi, privilegia tandem militiae consequebantur, ac publicis stipendiis condonabantur, ac in numeros referebantur, cujus consuetudinis meminit Veget. Illi autem qui ejusmodi stipendia accipiebant, à militia nisi forte emeriti erant, discedere non poterant, ne publicis usibus destinati subtraherentur.

Hi



Hi itaque MILITES, cum his feudis à domino concessis, uterentur, vicissim obligati erant, pro hac concessione omnia ei præstare officia sive erant militaria, sive alia, quæ ab ipsis exigebantur. Jam autem quoniam nostro hoc seculo idem quoque receptum esse, videmus, ut ii qui bonis feudaliis utuntur, dominis, à quib. ejusmodi beneficia accipiunt, ad necessaria officiorum genera, præsertim quo ad militares operas vicissim obligati sint, ab hisce militibus quin feuda suam ortum trahant, nullum dubium faciunt.

DEINDE etiam habentur, juris textus, quibus ad vivum demonstratur ejusmodi fundos militibus olim fuisse datos, l. item si verberatum. 15. ff. de rei vind. l. ii. d. evict. Florent. Jctus in l. in agris. 16. ff. d. Acquir. rer. dom. ubi inquit: Agrum manu captum limitatum fuisse, ut sciretur quid cuique datum esset, & Julius Frontinus in lib. de limitat. Agror. scribit: solitos veteres agros, quos de hostibus capiebant, veteranis in præmia assignare. Et hoc ideo factum esse sciendum est, ut milites hac ratione ad majorem alacritatem & fortitudinem incitarentur. Exemplum claret in COELITE HORATIO, cui ob factum illud memorabile in exercitum HETRUSCORUM, seu PORSENNÆ Regis præstitum, tantum fuit agri publicè datum, quantum uno die circumarari potuit, Liv. 2. decad. 1. Is miles strenuus non horruit etiam solus pro ponte sublitio inter mortuorum cumulata cadavera consistere, solus impetum hostium quantum corpore uno obsistere poterat, excipere & sustinere, quod audaciæ miraculum hostes non leviter obstupescerant, donec rupto ponte pro salute Reipub. in Tybrim dejiceretur, & re Romanorum salvâ ad suos rediret. Huic simile est, quod nobilis MUT. SCÆVOLLA CORDVS pro liberanda ROMA ab indigna obsessione, magno facinore attentare ausus fuerit, ubi hostium castra suâ sponte ingressus in confertissimâ turbâ, nullo periculo territus scribam PORSENNÆ, qui pari cum Rege vestitu indutus erat, errore pro ipso Rege interfecerit. Quare præta trans TYBRIM, & illi à patribus data, atque statua ejus honoris gratiâ in perpetua virtutis monumentum ædificata & extracta est. Quid referemus de MARCO CVRIO DENTATO, cui ob res pro Rep. præclare gestas agri jugera quingenta, publicè attributa fuere, Plin. d. vit. illustr. in Marc. Cur. Dent. His accedit tit. si de feud. defunct. content. sit inter dom. & agnat. Ubi dicitur: ut ei demum feuda dare liceat, qui miles sit. & tit. d. Vasall. mil. qui arma bell. depos. ubi extat, quod miles, qui tale beneficium tenebat, postquam arma bellica deposuit, & Clericus factus est, feudale beneficium, amittat, talia enim beneficia ad eos non pertinent, qui officia & servitia referre nequeunt.

Ex quo constat feudalia beneficia, olim non nisi militaria & bellica fuisse, & hinc fortè receptum, quod Vasalli sæpissimè milites dicantur. Resp. concedendo, præta Romanos ejusmodi fundos & prædia donasse & dedisse,

Argumen-
ta ab ex-
emplis. 8.

Rationes
decidendi.

B

tamen.



10.

tamen illa datio non erat perpetua, sed cum vita accipientis rursus expirabat, nec in hæredes transibat, ut fieri solet in nostris feudis, ubi mediante nova investitura successio fit in infinitum. Quod Imperator Constantinus postea mutavit, & hos quoque agros, fundos, villas & similia ad hæredes quoque transmitti sanxit, ut magis sibi devinctos haberet & obnoxios, Aut. Pomp. Lat. in compend. Rom. histor. in Constantino Constantii pii filio. Quam quidem opinionem Lælius Taurellus in lib. d. milit. ex casu, Vvolffg. Lazius lib. 1. d. Rep. c. 2. & Simon Schardius in Epistola, commentariis Martini Laudensis præfixa, probant, sed ita tamen ut feuda ad fundos duntaxat limitaneos, hoc est, ad agros Imperii extremos, ex Lampridio in Alexand. referant. Sic enim fore Lampridius Alexandrum dixisse fert, ut hac ratione simul de prædiis suis solliciti acrius & alacrius pro limitibus imperii pugnaturi essent, Philip. Melanth. in Chron. lib. 4. Guido Panciroll. in comment. notitiæ Imperii Orient. c. 139. P. Albin. in Chron. Misn. lib. 1. c. 11. Giph. d. tract. feud. c. 2. nu. 13. & 14. Quod postea secuti sunt VALENTINIANUS THEODOSIUS, GRATIANVS & alii IMPERATORES. tt. t. C. d. fund. Limitro. & patrim. lib. 11. tit. 59. & 61. l. 1. §. 8. C. offic. præfect. præf. Afric. lib. 1. t. 27. Cum ad peritum exercitatumque militem comparandum nullum prudentius utiliusve remedium inveniri aut excogitari potuerit, quo etiam tum Turcæ in fovendis Trimariotis militibus utuntur. Bodin. in method. hist. c. 6. & d. Rep. lib. 5. c. 6. Heig. q. 1. n. 13. & seqq. Et hoc casu, isti agri & limitanei fundi militum, quibus assignabantur, fiebant pleno jure, hoc est, quo ad proprietatem & quo ad usum-fructum, quod rursus cessat in prædiis feudariis, quæ vasallorum non sunt propria, sed manent eorum, qui feuda dederint, reservato saltem vasallis usufructu, lib. 2. feud. 23. in f. TERTIO nullibi in his fundis mentio fit hominii, & fidei, quæ notæ feudorum propriæ sunt, Giph. d. tract. c. 2. n. 15. & 16. lib. 2. feud. 23. in f. & lib. 2. f. 6. & 7. QVARTO juvat, hos fundos, certa necessitudinis & clientelæ jura non habuisse, nec parochias, quas ita appellabant, juvenibus prævalidis & robustis, sed plerumq; senibus & veteranis concessas: & in exterorum duntaxat agris, non etiam in pacatis provinciis, liberalitatem hanc Impp. exercuisse. Duar. in feud. c. 1. nu. 3. Hotom. disp. feud. 2. Cujac. lib. 8. observ. 14. NON OBST. olim nudam fidem apud Romanos plus valuisse, quam hodiè fortè per omnia sacra juramentum. Et certè quam grave fuerit fidem fallere exemplo est ROMANUS ATTILIUS REGULUS, mori morte crudelissima qui maluit, hosti quam fidem fallere, Cic. lib. 1. offic. Quibus accedit M. CURIUS DENTATUS, qui rapis ligneam ex patina vesci maluit, hostium quam splendidissimis donis argenteis corrumpi, Plin. d. viris illustr. in Marc. Curio dentato. Val. Max. lib. 4. c. 3. RESP. Non quid fiat, sed quid fieri debeat, prætorem spectare. l. pen. d. Just. & Jur. l. 12. d. off. præf. Ponamus fidem simplicem olim sanctius servatam fuisse, nunc quàm fortè juratam servari? nunquid inde feudum derivemus? neutiquam; alioquin dicendum foret, quod

2.

3.

4.

Obst.

Resp.

quod ubi fit fides, ibi quoque feudum esse oporteat, quo nihil absurdius. Etenim si quæras, unde quid fit & quo jure censeari debeat, non recurrendum est ad generis supremi formam, sed ad quarumlibet specierum propriam & peculiarem formam, per quam constat id, quod est in toto non in parte. Concedimus apud Romanos & apud alias gentes usum quendam feudorum fuisse, & invaluisse: Ast certum eorum jus, certamque formam propterea definitam esse simpliciter negamus. FIDEM olim in usu fuisse, & religiosius quandoque etiam à veteribus servatam esse, nemo nisi extremè insulsus, & penitus sensus communis expers, facile inficias iturus est. OPPONIMVS ipsi PACTA CONTRACTVS, & OMNES ACTVS HUMANOS. Interim hæc feudorum fides, non rem ipsam feudi, quatenus videlicet certo jure certaque formâ postea donatâ & dotatâ fuerit respicit, sed nudam quandam umbram & imaginem rei ex antiquioribus clientelis, militiis & fundis limitaneis representat Joan. Ant. Cannetius in extrav. volentes in pr. n. 40. Joan. Garfia de expens. c. 12. nu. 31. Et licet genus singulis speciebus suam essentiam communicet, ut certissimum hinc argumentum ducatur, speciem illius generis esse, quia demonstratur totum illud genus, quicquid in eo est, illi speciei essentielle esse: tamen contra manifestum est, aliquid amplius speciem habere, quam generis formâ contineatur. Constat enim qualibet species genere & formâ, id est, propriâ differentiâ. Et illud est quod vulgò ajunt, plus esse in specie quam in genere, Rudolph. Goel. 2. probl. Log. 9. & 21. Johan. Thomas Freig. in quæst. log. lib. 1. d. genere ac specie. Pet. Ramus lib. 1. Dialect. ubi Frid Beurhus. in com. & disp.

116

Denique brevissimè prodit Jacob. Cujac. qui feuda ad ea applicat, quæ de HOMINIBUS in libris nostris prodita sunt, hominum enim mentio fit in l. 2. C. d. Episc. & Cler. l. 1. C. d. commerciis & mercator. l. un. C. d. conduct. & procutat. prædior. fiscal. l. 4. C. d. dignitat. Atque homines olim tales fuisse, quos hodiè vocamus Vasallos, Bartol. quoque notavit in l. si quæramus circa med. de testament. Eoque vocabulo significari putant PROCURATORES, ACTORES, CUSTODES, CONDUCTORES, EMPHYTEUTICARIOS, quibus ad tempus saltem possessiones concedebantur, successu autem temporis in perpetuum iis utebantur, atque ita, qui prius erant actores, custodes, conductores prædiorum temporarii, paulatim perpetui esse cœperunt. RESP. Hæ personæ multis modis à Vasallis differunt: I. Quia homines servilis conditionis, & quasi glebæ, seu fundis addicti erant, nec ad ullam militiam aspirare poterant, l. 2. 7. 14. 18. C. d. Agric. & censit. l. pen. & ult. C. qui milit. poss. vel non. SERVI enim militiæ sunt expertes. l. 11. d. re milit. Vasallorum autem conditio est militaris, & liberalis, ut passim videre est, & in usu & in libris feudisticis, unde milites dicuntur per jura supra allegata. II. Homines in prædia nihil juris habent, sed Vasalli sunt quasi domini, propter perpetuum usum-fructum. III. Vasalli promittunt hominum, homines isti non item.

Rationes dubitandi.

1.

2.

3.

Rationes decidendi.

1.

2.

3.

B 2

IV. 18



In tertiam classem referemus illos, qui putant, feuda à Gallis ad Romanos, Italos, Hispanos, & alios Europe populos derivari.

Ratio dubitandi.

Quod asserit Francisc. Connan. lib. 2. comment. c. 9. num. 5. Absque tamen historica fide, unicum saltem fundamentum adducit, quod scribit CÆSAR de Gallis lib. 3. comment. Dicit enim: Qui opibus inter eos valerent, multos & certos habuisse sibi devotos, quos secum in bellum deducerent. SOLDURIOS suâ linguâ nuncupatos, quorum hæc erat conditio, ut omnibus in vitâ commodis una cum iis fruerentur, quorum amicitia se dedidissent, quod si iis per vim quid accidisset, aut eundem casum ferrent ipsi, aut mortem sibi consciscerent, neque adhuc hominum memoria quis repertus est qui interfecto eo, cujus amicitia se devovisset mori recusasset. Sed hunc refutat Joh. Haviorfcht. &c. Quia longè alia est ratio Vasallorum, quam quæ de Sulduriis tradita extat. I. quia non omnibus commodis in vita perfruuntur: sed iis tantum, quæ ex suis feudis patronorum præscripto capere licet. II. Si domino quid per vim acciderit, casum eundem nequaquam ferre, aut mortem sibi consciscere propterea coguntur. Idq; in Vasallorum conditione absurdum. Denique nulla feudorum, nulla possessionum, pro tanta servitute concessarum mentio fit apud CÆSAREM.

Rationes decidendi.

1.

2.

3.

4.

5.

Præterea Suldurios sui ipsius muneris mercedem & quasi servitutis auctoramentum à suis patronis retulisse, levis admodum conjectura est. Nam cum Cæsar omnia patronorum commoda communia cum illis faciat, patet non certos, & proprios agros ipsis fuisse attributos. Itaque cum in feudis semper fides & res intervenire debeant, habere quidem hanc communicationem bonorum, cum feudis similitudinem quandam concedi potest, non tamen in omnibus feudo convenire, Hotom. in disp. feud. c. 2. Duar. c. 3. n. 4. Cujac. & Borch. in iisdem locis idem affirmant. VASALLIS nostris sufficit, si dent fidem, & juramentum præstent, quoad usufructum & possessionem, quæ ipsis conceditur, non verò obligati sunt, sibi violentas injicere manus, & sibi mortem consciscere, pro dominis, quod planè inauditum, & contra juris rationem militat. Ex his igitur maxima dissimilitudo inter VASALLOS & SULDURIOS evidenter apparet.

V.

Porro in quarta classe commemorabimus

& per-

*Et perstringemus eos, qui ab imperio Et rebus
gestis Caroli Magni feudorum principia de-
ducere annuntur.*

13.

Inter quos eminent præcipuè, Johan. Ferrar. Montan. d. feud. lib. 1.

*Rationes
dubitandi.*

c. 1. Nam cum Imperium Romanum in CAROLUM Magnum, adeoque ad Germanos esset translatum, [quod demum Anno salutis Christianæ octingentesimo primo, ut annalibus proditum, factum esse dicitur] provinciæ omnes tum temporis per COMITES seu JUDICES datos, quib. & administratio & Jurisdictio commissa erat, Cæsarum nomine gubernabantur. Sic & populo Israëlítico JUDICES & RECTORES domini jussu olim constituti præfuerunt. Judices ut Magistros constitues in omnibus portis tuis, quas dominus DEUS tuus dederit tibi per singulas tribus tuas, ut judicent populum justo judicio, nec in alterutram partem declinent, Deut. 16. & Paralip. 19. Et Josaphat Rex suos judices habuit, dum eos justiciam reddendam his verbis serio & sedulo exuscitat.

1.

2.

Videte, inquit, quid faciatis, non enim hominis exercetis judicium, sed domini, & quodcumq; judicaveritis in vos redundabit. 3. Horum quoq; comitum subinde mentionem faciunt leges Longobardicæ: & liber quem SPECULUM SAXONICUM vocant. Ubi & alios comites quos GOGRAVIOS appellant, sub se habent, ex eo dictos, quod subito & sine causæ disceptatione, facti saltem criminisve qualiter qualiter præcognitis circumstantiis judicandi condemnandiq; potestatem usurpât: Nobis etiam CENTGRAVI habentur Judices Rurales, quasi centuriâ dati, quorum Jurisdictioni primò centum Rustici suberant. Hodie verò non attento hominum numero in certos pagos jus dicunt. Hinc etiam veniunt COMITES PALATINI, quasi Palatii Imperialis seu Regii Judices dicti, qui devictas provincias regebant judicabantq;. Item MARGRAVII & LANDGRAVII ita vocabantur, quasi Comites provinciales, qui ditioni cuiusdam præfunt jurisq; dicendi universam potestatem habent. Rebus enim sic augefcentibus provinciæ illæ, cum undequaq; hostium manu quassarentur, atq; divexarentur, & hi COMITES nullo constarent capite, neq; superiorem, qui in illos imperium tenuisset, agnoscerent, visum fuit antiquis Regibus & Imperatoribus, MONARCHIAM illam Christiani orbis ita constituere, ut certis ordinibus seu membris, per gradus dignitatum distinctis, unumque caput & principem recognoscentibus, perpetuo constaret. Quippe putarunt boni illi gubernatores ex re boni publici omnino futurum esse, si singulis certæ suæ ditiones & provinciæ, etiam cum dignitate conjunctæ assignarentur.

3.

B 3

Quo



Quo facto eventurum credebant, ut unusquisque audaciore animo & corpore hosti sese oppositurus, orbemque Christianum attentius defensurus esset, si se simul atque fortunas suas una cum imperio extreme periclitari sentiret. Unde in varias ac diversas provincias atque Eparchias Romanum Imperium fuit divisum: quæ DUCIBUS, MARCHIONIBUS, COMITIBUS, aliisque similibus dominis jure hereditario collata & adjudicata fuerunt, ut passim ex historiis colligere licet. Quomodo autem ac inter quos quælibet provincia ordine fuerit distributa, hujus loci non erit pluribus disquirere, aut ea de re verborum commentarium instituire. Interim tamen ne alto silentio penitus præterisse videamur, leonem ex unguibus æstimaturi, pauca quadam exempla, & quidem quomodo in Germaniâ provinciæ & dignitates collatae fuerint, recensere.

LUDOVICUS ex Regis Franciæ ejusdem nominis filiâ nepos, primus Thuringiæ & Hessiæ Comes insignitus fuit, cujus filius OTTO Margravii titulum Hessiæ consecutus est. Deinde LOTHARIUS tertius Cæsar ex sorore nepotem Hessiæ ac Thuringiæ Principem Comitumque provinciam designavit. BVGLAVS & CASIMIRVS per FRIDERICVM secundum primi Pomeraniæ duces creati fuisse dicuntur. HENRICVS BAVARVS cognomento CATVLVS à LOTHARIO socero suo Dux Saxoniam insignitus fuit, unde & duces Brunsvicenses, in suas *videlicet* divisi ortum capiunt. VVIDIKINDVS Dux Angrivariorum & Saxonum proclamatus fuit, ex quo Henrici duo, AVCEPS & BAMBERGENSIS, OTTONES tres Romani Principes, non tam vitâ, quàm rebus benè gestis clari propagati sunt. Ad quorum progeniem nostri Saxoniam duces, & Misniæ Marchiones, ELECTORATVS dignitate serenissimi referuntur, Phil. lib. 4. in Chron. in Carolo Magno. Cum igitur Imperium suis ita proceribus atque ordinibus ceu membris & radicibus coalescere cœpisset, & Principes hi, comitesque & alii, nempe ARCHIEPISCOPI, EPISCOPI, ABBATES, PRÆPOSITI & cæteri Ecclesiarum Prælati, jure quasi beneficiario, quilibet suas provincias, quæ tanquam partes integrales individuâ ratione ab Imperio pendebant, ab Imperatoribus consequerentur, & hi rursus alios, & quidem inferioris conditionis VASALLOS, NOBILITATIS SPLENDORE CLAROS etiam gradibus per officia hereditario distinctos sub se haberent, cujusmodi sunt, MARSCHALLI, PINCERNÆ, CAMERARII, & id genus alii officiales Aulici, qui nobilitatis sedes suas eadem ratione à suis Principibus ac proceribus, quâ principes ab Imperatoribus accipiebant. Ideoque ex harum regionum dignitatum, provinciarumque tam superiorum, quàm inferiorum concessionibus & designationibus veram, ac vivam quasi juris feudalis & consuetudinarii originem introductam esse, nonnulli intrepido ore asseverare haud verentur, adeo, ut extremâ ingratitude notandos esse existiment, qui aliis,

aliis, quàm Imperatoribus, & præcipuè CAROLO MAGNO, aliàs de Germaniâ dulcissimâ omnium patriâ nostrâ optimè meritò, feudorum ortum acceptum referre conati fuerint.

15.

RESP. Ut nihil aliorum Imperatorum & præsertim laudatissimi CAROLI nostri virtutibus egregiis, & nunquam satis commendandis derogemus, utpote quem Europæ Jura, Africa formidinem, Asiæ societatem, Græcis fœdus, Hunnis Regem, Terris pacem, Templis sanctitatem, reddidisse scimus, & cum Richardo Dinoto gratâ mente prædicamus, atque ingentem Germanicam, Imperii Occidentalis coronam, sceptrum & victricia Aquilæ Romanæ signa intulisse, peculiare regnum in Italiâ erexisse, & quæ passim in Germaniâ & Galliâ novâ reformatione indigebant, sapienter & prudenter ordinasse primumque omnium indomitos Saxones DEO & sibi fideles & devotos fecisse, eosdemquæ moribus & liberalibus artibus abundè instruxisse, probè tenemus & perspectum habemus? Putamus tamen tanti Imperatoris MAJESTATI, famæ & existimationi nihil aut parùm detractum iri, si ab ulteriori & vetustiori temporis spaciò feudorum initia revocaverimus. In quâ sententiâ præstantissimos quosque ex antiquis & modernis JCtis fuisse, ut mox dicetur, comperimus. Deinde nova illa certorum ordinum & graduum dispositio & constitutio, si qua à CAROLO facta: & novæ itidem provinciarum designationes, si quæ ab eodem repetitæ fuerint, hoc minimè important, ut propterea feudorum originem ipsi ascribere justâ ratione queamus. Nunquam enim veterum dicere ausus est, feudorum institutum à Carolo primum introductum, sed testantur annales, ipsum potiùs Carolum veterum populorum consuetudinem retinuisse, quomodo & LVDOVICVS in concessione suâ permittit Hispanis, ut se comitibus in Vassaticum, more solito commendent, Pithœus in Annalibus Francorum. pag. 430. Quippe ante ipsum in Italiâ duces & Vassallos constitutos, & postea ex veterib. quosdam ab eodem in antiquo statu relictos, & novos insuper juxta formulam antiquitùs usitatam beneficio sibi devinctos, & in fidelitatem ejusdem receptos esse probant. Emil. Veronen. d. gest. Francor. lib. 3. Carol. Sigon. d. regno Italiæ lib. 4. Marin. Frecc. d. Fend. lib. 1. tit. d. Antiq. stat. Regni. nu. 16. & seq. pag. 63. Albert. Krantz. Daniæ lib. 3. c. 44. & 45. Lindenber. de Carol. vit. fol. 104. Ea enim, quæ Christianæ fidei contraria erant, tum temporis sustulit, moribus & juribus domesticis, in pristinâ & viridi observantiâ, maxima ex parte, Saxonibus relictis. Landtr. lib. 1. artic. 18. Sic etiam adhuc alius liber de consuetudinibus Saxonum extat: in quo multa sunt, quæ cum communi jure feudali conveniunt, Obrécht. disput. feud. 1. c. 2. th. 69. TERTIO clientelæ feudalis inter cœtera illustre exemplum ante CAROLI MAGNI ætatem conspicitur in Tassilone Bavariæ duce, cui Pipinum per beneficium Bavariani in ducatum concessisse. Ado in Chronic. author est: & Theodulphus in fragment. eundem Tassilonem refert se Pipino Regi in Vassaticum commendasse per manum juramentum.

Rationes
dubitandi.

Secidendy

2.

3.

16.

4.

ramentum præstitisse, & fidelitatem eidem & filiis ejus CAROLO & CAROLOMANNO promississe. Otto Frising. lib. Chr. 5. c. 20. Abbas Ursberg. in gest. Regis Pipini. f. 297. Abbas Studens. in Chron. fol. 69. Annal. Franc. ad annū 748. & 757. 781. Gotfrid. Viterbiens. Chron. par. 51. p. 442. Hotom. d. verbis feud. verbo duces; & verb. Vasallagium, & verb. fidelitas. QUARTO in conferendis regnis & ditionibus is ritus, qui investiendis Vasallis communiter fieri consuevit, non servatur. Imperatores enim, Regia beneficia sub vexillo armis illius ditionis insignito & gladio porrecto, propter ejus potestatem publicè & sub dio conferre solent, tunc maximè, si feudum sit novū. Alioquin in aulā fit investitura gladio ad præstitum fidelitatis jusjurandum exhibito atque porrecto, eliganter Ferrar. Mont. dict. loc. Schleid. lib. 20. pag. mihi. 624. & 625. E.posito hunc morem maximè, quoad rei essentialia, fidem & fidelitatem in feudis exigentia, servari: tamen utrum ab aliis magis, quàm à LONGOBARDIS primū ille investus sit, adhuc sub judice lis est, id quod negamus per fundamenta in thes. seq. adducta, Alii verò Imperii Principes suum morem, quique fermè retinent, & pro concessis feudis fidem & fidelitatem exhibent. Ferrar. d. loc.

VI.

Ceterum nos rejectis eorum omnium, quotquot hætenus recensuimus somniis & conjecturis, haud infeliciter pugnatuos speramus, si ducibus ipsorum, qui prima & solida feuda à Longobardis repetunt, nomina nostra dederimus.

Quæ sententia frequentiori feudistarum calculo recepta & approbata est. Quorum sanè tela & argumenta excutere & convellere difficilimum erit. And. d. Isern. in prælud. feud. nu. 41. Afflict. num. 27. Martin. Laudensis in c. 1. n. 24. Belvis. in §. 1. d. his qui feud. dar. poss. Molin. ad consuetud. Paris. tit. 1. in pr. num. 26. Marin. Frecc. lib. 1. num. 83. & seq. Clar. d. feud. 1. Duar. c. 7. d. feud. nu. 4. VVes. c. 3. nu. 2. Hotom. d. feud. disp. 1. & 2. Vult. in feud. c. 1. nu. 14. Rosenth. d. feud. c. 1. Axiom. 6. Bodin. 9. d. Republ. lib. 1. c. 7. pag. mihi. 87. & 88. lib. 2. pag. 250. & seq. Moz. d. feud. tit. 1. nu. 31. & seq. Obrecht. d. disp. 1. c. 2. thes. 63. & seqq.

Gothof.

Gothof. Anton. disp. 1. thes. 5. Bozer. class. 4 disput. II. thes. 3. Gædd. 17.
disp. 1. feud. thes. 5.

RATIONES autem, quibus nituntur præcipuæ hæc sunt. I. Quia in ipsis LEGIBUS LONGOBARDICIS extat tit. de BENEFICIIS & terris tributariis. Feuda autem nihil aliud esse quàm BENEFICIA in confesio est. c. 1. §. 2. d. his qui feud. dar. poss. c. un. d. feud. March. lib. 1. tit. 14. & in 4. seqq. tit. c. un. quibus caus. feud. amittat. lib. 2. tit. 23. II. Quia in libris feudalibus nostris passim mentio fit LONGOBARDORUM & eorum legum, lib. 1. feud. 10. lib. 2. f. 1. 8. 22. 39. vers. non est. & 58. III. Hanc sententiam juvat ipsa Longobardorum historia, cujus Epitomen refert Phil. Melanth. in Justino 2. & Carolo Magn. Nam postquam ALBINUS primus Rex Longobardorum NARSETE auctore sub Imperio JUSTINI 2. contra LONGINUM EXARCHUM in Italiam venisset, convocatis in auxilium 20. millibus Saxonum vicinorum suorum, eam Italiae partem, quæ adhuc Longobardia vocatur, occupavit, ibique regnum sibi constituit & in ipso fori ingressu, JULII nomine mutato **Freigaull** se appellavit. Huic SEISULFUS juramentum præstare coactus fuit, ut vocatus præsto esset contra quemcunque hostem sui Regis. IV. Quin & illud notum est de Aristulpho Longobardorum rege, qui cum insidias & vim pateretur hostium, DESIDERIVM ducem Hetruriae conscripsit & citavit, debita ut sibi servitia aduersus hostes præstaret, ipsorumque impressionibus mutuam manu resisteret. Mortuo autem Aristulpho, ipse regnum Longobardorum occupavit, in quo à PAPA aduersus RAGTSIVM fratrem Aristulphi Monachi confirmatus, tandem à Longobardis receptus, cum eos de suis beneficiis investivisset. Et hic Desiderius postremus Rex fuit Longobardorum. Regno enim Longobardico à CAROLO MAGNO subacto, nullo ejus mutato jure tantum Regis nomen in se transtulit, & Ducibus Comitibusque de suis beneficiis investitis, illos fidelitatis obsequiique fidem jurare coegit. V. Vnde quod in libro 1. Feud. 1. d. his qui feud. dar. poss. de ANTIQVISSIMO tempore, quo feuda sua initia habuerunt, & de dominis feuda dantibus legitur: id utrumque LONGOBARDIS & antiquis SAXONIBVS attribuimus. Longobardi enim videntur fuisse illi domini, qui antiquissimo tempore res suas aliis in feuda dare consueverint: ea tamen lege, ut pro libitu suo ea revocare possent. d. loc. VI. LONGOBARDOS autem, qui Subriam occuparunt, SAXONES fuisse cum Melancht. d. loc. statuunt, Paul. Diacon. lib. singulari. d. Longob. Francisc. Irenic. German. lib. 1. c. 35. & lib. 6. c. 31. VII. Quare cum ipsi jam antè in patriâ suâ feuda nota & cognita habuerint: verisimile omninò est, eos secum hæc jura in Italiam invexisse, VVes. tract. feud. c. 3. nu. 2. VIII. Quam verisimilitudinem confirmat etiam, quod in libris feudorum plurima Longobardica vocabula Germanorum Idiomatici vicina, sapissime hinc inde occurrant, de quibus vid. Borch. tract. feud. c. 2. num. 13. IX. Prædictis quoque fidem facit, quod speculum Saxonicum, & historiae

Rationes
confirma-
tionis 1.

2.

3.

4.

5.

6.

7.

8.

9.

C

testentur



18.

10.

testentur CAROLVM MAGNV M ubi jam Saxoniam sub suam potestatem redegerat, domestica jura in paucis mutasse, & jus Saxonium, quod antè introductum, & sub quo etiam jus feudorum comprehensum erat, saltem confirmasse, & in speculum retulisse, Landtr. d. lib. 1. artic. 18. Heig. quæst. 1. nu. 60. Obrecht. d. disp. 1. c. 2. thes. 67. X. Quibus postremò accedit, duodecim SAXONUM DUCES occupatà Saxoniam à Carolo non fuisse mutatos, sed in pristinà dignitate mansisse, & suos ducatus perindè ac sub Rege VVIDIKINDO retinuisse. Hinc ergò concludendum LONGOBARDIS magis quàm ROMANIS & aliis, feudorum originem ascribendam esse. Quippe de Romanis expressè decisum est ipsorum videlicet jus ad consuetudines feudales non pertinere, c. 1. d. feud. cognit. II. Id arguit diversa vocabulorum significatio. Etenim quod Jus Romanum vocat juramentum vel sacramentum: Jus feudale vocat homagium: & quod jus Romanum vocat delictum: Jus Longobardorum vocat feloniam. III. Discrimen nobis suggerit correlativorum natura. In jure civili DOMINUS, & SERVUS mutuà se relatione compatiuntur, in jure feudali DOMINUS, & FIDELIS vel VASALLUS relata sunt: Illorum servorum scil. conditio servilis & abjecta erat: horum fidelium scil. libera & ingenua. IV. ALLODIALIA à feudis distinguuntur, & jus Romanum circa allodialia, non circa feudalia versatur & occupatur. V. Libri feudales consuetudines feudales inscribuntur. E. dum consuetudines sunt, ex moribus LONGOBARDORUM, sine certis legibus, tacito utentium consensu, eas natas & profeminatas esse, dicendum est. Interim negari non potest, quin in ipsis Romanorum legibus & consuetudinibus multa reperiantur, quæ haud exiguam similitudinem & convenientiam cum nostro hoc jure feudali habere videantur: nemo tamen exinde ejus originem facillè eruere & extruere poterit. Hoc affirmare possumus, quod quamvis LONGOBARDI percupidi fuerint ROMANORUM delere imperium, ut habetur apud Albert. Bonon. in descript. Italiae Region. 13. Omnia tamen ad æmulationem, & exemplum Reip. Romanæ instituerint, & accommodarint. Unde etiam novæ leges, quas conscribebant, & LONGOBARDAS nominabant, non absimiles erant iis, quæ de ROMANORVM CLIENTELIS, MILITIBUS & aliis extabant.

Ergò dicendum erit, hæc, quæ de Romanis dicta sunt magis signa quædam & simulachra esse, feudorum materiam adumbrantia & representantia, quàm ipsa feuda, nomine & formâ à Longobardis, ut sæpius dictum, primitus inventa & introducta, quæ tractu temporis Imperatorum & Pontificum constitutionibus, nec non responsis prudentum latius enucleata, & amplificata fuerunt. Ut LOTHARII primi, nepotis CAROLI MAGNI. 1. F. 19. & seqq. usq; ad tit. 24. aut [ut Cujac. vul t. 1. F. 23.] usque ad tit. 23. quàm constitutionem latam ferunt circa annum Christi.

825. Nec



825. Nec ullam in jure nostro feudali extare vetustiore. Carol. Molin. in consuet. paris. tit. 1. n. 25. 32. 80. & consil. 50. nu. 13. Hotom. ad d. tit. 19. And. Knich. in tract. de Jur. territor. c. 1. nu. 100. Pet. Heig. q. 1. n. 68. Postea secuta est constitutio HEINRICI, CONRADI. 2. filii. Qui patri in Imperio successit, & quibusdam HEINRICUS 2. ab alijs 3. nominatur, c. 1. quod testes sunt necess. lib. 2. F. 57. Cujac. d. feud. lib. 5. Item. LOTHARII 3. de prohib. feud. alien. per Loth. 2. feud. 52. CONRADI 3. c. 1. d. capit. CONRADI 2. F. 40. FRIDERICI 1. d. pac. tenend. & ejus violator. 2. F. 27. & aliorum, quorum meminit Cujac. d. lib. 5. PONTIFICES quod attinet, primum expressam constitutionem, sive decretum VRBANI 2. conspici licet, in c. 1. in pr. Episc. vel Abb. 1. F. 6.

Deinde & in JURE CAN. non paucæ nobis de feudis obviam sunt constitutiones: ut ALEXAND. 3. c. 5. de judic. c. 6. & 7. d. for. compet. INNOCENTII 3. c. 3. d. constit. c. 13. v. non enim intendimus de judiciis. c. 7. de his quæ fiunt à prælat. fin. cons. cap. c. 1. & 2. de Feu. cap. 6. de donat. int. vir. & uxor. c. 10. & 12. d. pœn. HONORARII 3. c. fin. d. pœnis. c. 53. in f. de sent. excom. Et ALEXANDRI 4. c. fin. 5. sanè quamvis, de Decimis. in 6. Denique de responsis prudentum. vid. Philbert. Episc. 2. F. 6. Gerhardi Nigri Capagist. Oberr. d. Ort. & aliorum, 2. F. 11. 25. 28. 30. 34. §. 1. 2. & 3. item. tit. 36. & 51. §. 1. 2. 3. 5. 6. & 7. Denominatos autem volunt Longobardos à LONGIS CUSPIDIBUS vel BIPENNIBUS, quas nos Parten seu Zellparten appellamus, Phil. Mel. lib. 3. Chron. in Justin. 2. Alii à longis barbibus, Isidor. lib. 9. Etym. tit. d. gent. vocab. Paul. Diac. lib. 1. d. gest. Longob. c. 8. Unde Gunth. lib. 2.

19.

Longobar.
di unde di-
cantur.

Dicitur à longis ea Longobardia barbibus.

ALII quasi longos bardos seu barbaros, Albert. Krantz. lib. 1. Daniæ. Molin. in cons. paris. tit. 1. in prin. nu. 38. Interim plerique eos è SCANDIA, SCANZIA, SCANDINAVIA, seu SCANIA [variè enim appellatur] Daniæ Insulâ educunt, Ott. Frising. lib. 2. de gest. Frid. cap. 13. Godefr. Viterbiens. Chronic. part. 17. fol. 446. Albert. Krantz. lib. 2. Daniæ. c. 20.

SAXONES autem fuisse dubium non esse, ait VVesenbec. & Phil. Melanth. lib. 3. Chron. in pr. ubi de Herminio Hetruscorum Duce, & inferius de Justino 2. nitens autoritate Strabonis & Ptolomæi dicit: Ipsorum sedem fuisse à confluenta ALBIS & SALÆ in ripâ Albis occidentali, quæ nunc est regio MEIDEBURGENSIS & HALBERSTADIENSIS. Istis nonnulli adjungunt GOTHOS, Hotom. 2. obs. 16. & in feud. disp. c. 1. quos è Scaniâ prodiisse scribit Albert. Krantz. in præfat. Daniæ suæ. & lib. 1. Sueviæ, c. 1. n. 30.

Longobar.
di fuerunt
Saxones.

C 2

VII. EP

Et hæc quidem de feudorum origine dixisse sufficiat: sequitur nunc, ut progressum faciamus ad ejus juris auctoritatem. Ubi primum se offert, an hi libri feudales sint authentici, & æquè vim legis in foro feudali obtineant, ac Jus Romanum in foro civili? In hac questione præ cæteris nobis sapere videntur, qui affirmantibus palmam porrexerint.

*Rationes
confirmatio-
nis 1.*

2.

3.

4.

5.

6.

I. QVIA hæc consuetudines immemoriali temporis spacio, quod instar privilegii est, & pro lege servatur vallatæ & munitæ sunt, l. 3. §. 4. de aq. quotid. & æstiv. II. QVIA à Principibus, qui soli potestatem habent legis condendæ; progressu temporis approbationem acceperunt. III. QVIA communi omnium voto, in omnibus curiis & judiciis receptæ & hucusque in usu servatæ. IV. QVIA tacito Imperatoris consensu, patientia, permissione confirmatæ; Atqui tacitus consensus legem imitatur, §. 9. Inst. de J. N. g. & c. l. 32. ff. de leg. V. QVIA in Scholis & Academiis sciente & non contradicente Imperatore publicè, hæc materia feudalis lecta & explicata est. Jam quod publicè sit, ejus causam nemo ignorare debet. l. 11. §. 3. d. Instit. act. Duar. c. 1. feud. Et Imperator notitiam habens alicujus rei non improbando tacitè id approbare videtur, gl. in l. quo enim. Et ibi Dd. ff. rem rat. hab. VI. QVIA Imperatores ipsi multis in locis præsertim de alienatione feudi hæc consuetudines, hinc addendo, ibi detrahendo, hinc rursus ratificando mutarunt & correxerunt, ut patet ex tit. d. capit. Corradi. Item prohib. alien. per Frid. & aliis, quos ulterius allegat Sonsbecc. p. 1. nu. 22. Ex quibus satis constat hæc instituta feudalia vim legis habere, non minus, quam leges & constitutiones Imperiales. d. l. 32. & seq. ff. d. ll. Authen. jubemus. C. de judic. l. 1. ff. d. constit. princ. §. sed & quod princ. plac. J. de J. N. g. & c. Borch. de feud. c. 2. nu. 30. Duar. tract. feud. c. 1. num. 3.

Clar.

Clar. in §. Feudum. q. 3. Quare hoc Jure omnes Imperio Romano sub-
jecti tenentur. Zasius in Epit. d. feud. VVes. in proem. feud. nu. 3. Syl-
van. d. feu. q. 1. nu. 3. 48. & 57. Curt. q. 1. p. 1. Caccialup. ad c. 1. d. feud.
cognit. And. d. Ifern. in prælud. feud. ibidem Baldus, Alvarot. Odof. &
alii. Vult. c. 1. nu. 5. Schneidev. in tract. feud. p. 1. q. 1. n. 6. Marant. in
Specul. p. 3. nu. 84. fol. 28. Jacob. de Belvis. in c. 1. §. fin. d. his qui feud.
dar. poss. ubi hanc communem asserit Vivius, lib. 1. comm. opin. verb.
feud. Cannet. in c. si aliquem. §. Præmittendum. nu. 1. fol. 237. Meno-
chius in tractat. recup. possess. remed. 15. nu. 262. ubi ait, has consuetu-
dines per multa secula approbatas & longo usu observatas. Michael
Grafs. lib. 2. comm. opin. in verb. feudum. q. 1. Rosenth. in Synop. feud.
c. 1. concl. 8. Fachin. contrav. lib. 7. c. 2. Albert. d. Ros. post. Jac. de
Ravenn. in l. de quibus de ll. Ferr. 1. de feud. 2. Mynf. cent. 5. observ.
36. nu. 4. Diss. And. d. Ifer. in c. 1. d. feud. cog. Hostiens. in summ. de
immunit. Eccl. vers. si verò paternum. Quem refert Jas. num. 2. Clar.
§. feud. qu. 2. Eorum argumenta allegat & solidè refutat Curt. Jun.
in tractat. d. feud. p. 1. qu. 1. Adèd, ut si statutum vel consuetudo lo-
calis in contrarium non extet, non solum in GERMANIA, sed etiam
in ITALIA, GALLIA, BVRGVNDIA, & alibi, in quæstioni-
bus feud. secundum has consuetudines judicetur & decidatur Guido Pap-
decif. Gratiano. 180. Boër. in consuetud. Bituric. de feud. §. 3. gl. 1.
Chassan. in consuetud. Burgund. d. feud. VVes. in proem. nu. 4. Sey-
sell. in specul. feud. cir. de fin. feud. CÆTERVM non desierunt
esse consuetudines, posteaquam in scripturam redactæ sunt, ita
ut ex jure non scripto in jus scriptum transmutatæ fuissent. QVIA
LEX & CONSVETVDO in causa formali non conveniunt.

FORMA legis est, ut scribatur lex, expresso populi consensu san-
ciatur & promulgetur. In eo consuetudo cum lege non convenit.
QVIA consuetudo tacito populi consensu introducitur. DEINDE
lex non nisi cum sanctione fit; consuetudo verò sine sanctione tacitis uten-
tium moribus perficitur. §. 3. J. d. J. N. g. & c. §. 9. eodem. l. 32. ff. d. II.
Licet ratione effectus æquali modo ex utraque juris parte obligemur.
SECUNDO SCRIPTURA non est propria & specifica legis & consue-
tudinis DIFFERENTIA, sed quoddam ACCIDENS, quod de utroq;
jure & scripto & sine scripto prædicari, & sic rebus per se contrariis inesse
potest. Jam accidentia non mutant rei essentiam. Ergo nec scriptura
hoc Jus consuetudinarium transformat & ex eo scriptam legem facit.
Curt. Jun. p. 1. q. 1. nu. II. Cyn. post. Nicol. Matr. in l. 2. in 2. q. C. quæ
fit long. consuet. Bart. in terminis loquens de materia feudali in l. de qui-
bus in 4. colum. in verb. sed juxta præmissa quæro. ff. d. II. in l. 4. circ.
princ. ff. d. Vulg. & pup. sub. Baldus Jacob. Alvas. & Mart. Laud. in rubr.
qui feud. dar. poss. III. CONSVETVDINIBVS nostris per scriptu-

210

4

Dissentientes.

Dubium.

Forma le-

gis. 1.

2.

Scriptura non est spe-
fica disse-
rentia le-
gis & con-
suetudinis.

3.

C 3

ram ni-



22.

tam nihil accessit, nihilque decessit, ut leges fierent, cum secundum formam aliarum legum condita non fuerint, l. 8. C. d. ll.

4.

Scriptura non est deessentiale.

gis. Ratio.

Sed ut de iis, certior & expeditior apud posteros memoria constaret, argum. l. 4. de pign. & c. 1. in pr. de jurejur. in 6. Memoria autem non facit jus scriptum, ergo nec scriptura, quae memoriae causam adhibetur, propter quod enim unumquodque tale est, illud magis tale est. IV. **JUS** consuetudinarium vim & auctoritatem legis obtinet, etiamsi scripto comprehensum non fuerit, l. 36. d. ll. E. sicut enim scriptura ad essentiam legis, sive juris scripti nihil confert; ita nec consuetudo, ex eo, quid in scripturam redacta sit, quicquam habet momenti. Nam **J U S** scribi, & **J U S** in scripturam redigi sunt diversa. Jus scribi est jus sanciri: & haec vox juris est non facti. Jam certum est, jus scribi posse, etiamsi literis vel libris non mandetur. Quemadmodum a contrario jus non scribi est jus non sanciri, sed sine sanctione tacito utentium consensu diuturnitate temporis recipi, ut maxime scripturae committatur, l. 2. §. 5. d. O. I.

CONSVETUDO igitur & **LEX** non sunt metiendae & distinguendae ex scriptura, quae in litera, sed ex scripto, quae in sanctione consistit, eleg. Vult. d. tractat. feud. lib. 1. c. 1. nu. 4. Clar. in comm. sent. in §. feudum. q. 2. Rosenth. c. 1. q. 8. n. 3. & seq. Belvis. c. 1. §. f. de his qui feud. dar. poss. & in proem. Laud. nu. 4. praepos. nu. 5. Alvaror. in rubr. tit. de his qui feud. dar. poss. per totum ferè Ardiz. in summi. c. 2. Bart. in l. de quibus, de ll. Curt. p. 1. q. 1. n. 11. Sonsbecc. p. 1. n. 2. & seq. Duar. c. 1. Oldendorp. de benefic. act. Ferr. Mont. 1. de feud. 2. §. & licet. VVesenbec. in proem. feud. nu. 5. Mozz. de orig. feud. nu. 35. Caccialup. d. feud. cog. art. 5. n. 1. Obrecht. d. disput. feud. c. 3. thes. 77. & seqq. Gothofr. Ant. disput. feud. thes. 1. lit. F. Diss. Schrad. p. 2. nonae partis princ. sect. 3. nu. 114. cum mult. seqq. Modest. Pist. conf. 60. in 6. vol. 1. Petrus Lorio in usus feud. in princ. **NEC** huic illud, quod communiter objici solet, resistit: cui competit **FORMA**, eidem quoque competit **FORMATVM**; sed juris scripti forma, scriptura scilicet competit hisce consuetudinibus.

Obj.

Sol.

E. & RESP. ad assum. per inficiationem, inficiando videlicet, **SCRIPTVRAM** esse formam juris scripti, sed expressum populi consensum jus scriptum constituere ut modo dictum fuit. Et hoc confirmat. l. 8. C. d. ll. ubi de l. forma agitur, & nulla tamen inibi scripturae fit mentio. At una res per naturam plures formas recipere nequit. Ergo scriptura non poterit esse forma. Nec enim scriptura, si forma esset alii rei puta literis, libris inesse posset, cum forma soli formato inesse dicatur. **RE-**

Conclusio.

LINQVITVR igitur, scripturam ad legis essentiam non pertinere, requiri tamen ad ejus perfectam existentiam non diffitemur, ut eò citius in notitiam populi pervenire, & exinde omnes obligare queat, l. 2. §. 4. d. O. I. Atqui jam illud proprie perfectum est, quod constat omnibus numeris, l. 1. d. O. I. & cui etiam adjuncta accedunt, quae quidem rei

essentiam.



essentiam non ingrediuntur, sed & aliis rebus inesse possunt. DEINDE
etiam parum negotii nobis faceffit, quod hoc jus successu temporis, au-
toritate Imperatoriã expressè approbatum fuerit, sub quã expressã au-
toritate, formam juris scripti contineri pluribus jam demonstravimus:
Quia hæc autoritas iis consuetudinibus nihil vel adjecit, vel detraxit:
Siquidem non ut leges, sed ut consuetudines receptæ & confirmatæ fue-
runt. Obrecht. d. disp. c. 3. thes. 82. & 83. Curt. Iun. p. 1. q. 1. nu. 11. Quip-
pè in quolibet actu initium spectandum est, l. 8. l. 10. §. 4. ff. Mandat. l. 12.
ad SC. Maced. l. 1. §. 13. & 30. ff. depof. l. 58. §. 2. ff. pro soc.

23.

V III.

*Quod eatenus extenditur, ut etiam
deficiente jure civili ad decisionem causarum
non feudalium, sicuti vice versã in subsidi-
um juris feudalis, jus civile ad causarum
feudalium decisionem, allegari possint.*

In qua quæstione mira existit Dd. digladiatio. Quidam enim pro
affirmativa militant, quidam pro negativa: quidam denique distinctionis
quodam temperamento hanc rem salvare student. Affirmant Dd. comm.
Bart. in repet. l. d. quibus n. 1. ff. d. ll. Bald. in c. un. de feud. cog. Belvis in
c. 1. de Episc. & Abb. Clar. in §. feudum. q. 3. Intrig. in cent. feud. 1. q. 11.
n. 4. & seqq. Duar. d. feud. c. 1. Vvesenb. in procem. feud. in fine. Vult. de
feud. c. 1. nu. 9. MOVENTUR autem præcipuè ex communi illa
& stringente conclusione: quod non minoris auctoritatis est consuetudo in
causis decidendis, quàm sit lex scripta, cum à pari potentiã introducantur,
d. l. de quibus. Nulla enim aliã ratione lex ligat, nisi quod populi consensu
vel Imperatoris (in quem populus legis condendæ potestatem contulit, l. 1.
d. constit. princ.) recepta est. E. quoniam legis & consuetudinis una ac
eadem vis est ac potestas, sequitur, ut in judicando deficiente uno ad alte-
rum recurratur: Et quemadmodum lex scripta trahitur ad casus similes;
eodem etiam modo ad casus similes trahatur consuetudo, si ad eundem finem
& utilitatem tendant, l. 12. & seq. d. ll. cum omnes legibus includi non
possint, l. 10. ff. eod. DEINDE in d. l. de quibus etiam hæc leguntur
verba: Et si qua de re hoc defecerit, tunc quod proximum & consequens ei
est assumatur, si ne id quidem appareat tunc jus, quo urbs Romana utitur,
servari oportet.

Diss. Dd.

Aff.

Rationes
affirman-
tium. 1.

2.

III. PRÆ-



24.

3.

III. PRÆTEREA hanc sententiam juvat illud Specul. in tit. d. feud. §. quoniam. vers. 4. in fin. ubi dicit: quod FEUDUM & EMPHYTEUSIS sint ejusdem naturæ, & à pari procedant: Idem affirmant Hostiens in summ. sua tit. d. feud. in princ. And. de Iser. in præludiis feud. in 3. charta. vers. sed an in feudato. Bald. in c. quæ in Ecclesiarum. ext. de constit. & in l. voluntas. C. de fideicomm. Quibus accedit

Bart. in l. si mihi & Titio. ff. de V. O. ubi in materia juris accrescendi arguit de feudo ad Emphyteusin, & Bald. in c. 1. quib. mod. feud. constit. inquit: quemadmodum feudum recipiens simpliciter, intelligitur recipere pro se & filiis masculis, etiamsi eorum in investitura mentio facta non fuerit: Sic etiam de feudo ad emphyteusin idem arguit in c. 1. qual. dom. prop. priv. Quippe conveniunt FEUDUM & EMPHYTEUSIS in multis.

Feudum & emphyteusin in quibus conveniant. 1.

2.

1. Sicut in EMPHYTEUSIN dantur prædia, hoc est, fundi, qui sunt res immobiles, l. 1. in verb. qui fundum. ff. si ag. vect. vel emph. pet. l. 1. C. de Iur. Emph. Ita etiam FEUDUM propriè in prædiis seu rebus soli consistit, c. un. §. fin. d. feud. cog. II. Quemadmodum EMPHYTEUSIN prædium utendum fruendum conceditur, ut cultius nec deterius reddatur: Sic & FEUDUM Vasallo usus-fructus cujusdam nomine traditur, ut aliquando ad dominum in eadem bonitate & qualitate revertatur. Unde uterque dominus directum dominium retinet usufructu duntaxat cum utili rei vindicatione ad vasallum & emphyteutam transeunte, d. l. si ag. vect. vel emphyt. per. c. 1. §. rei autem de invest. de re alien. fact. lib. 2. tit. 8.

3.

III. Inprimis ad hoc facit: sine consensu domini non potest alienare Feudum, c. 1. C. de prohib. feud. alien. per Loth. c. 1. per prohib. feud. alien. per Frider. c. un. §. 1. d. l. Corrad. cum aliis. Ita etiam emphyteuta non potest alienare emphyteusin sine consensu domini, l. fin. C. de Iur. emphyt. PLURES de hac re convenientiæ & concordantiæ notas & species, vid. apud Nicol. Everhard. in topic. loc. à feud. ad emphyt. & vice versa. HIS TAMEN non obstantibus ita indifferenter à feudo ad emphyt. & contra ab emphyt. ad feud. argumentandum non esse putat Rosenth. in tractat. feud. c. 1. conclus. 40. cum feud. & emphyt. in quamplurimis etiam differant.

In quibus feudum & emphyteusis differant.

2.

I. QVIA feuda regulariter tantum ad filios & sic ad hæredes masculos transeunt exclusis foeminis c. 1. §. hoc autem notandum. de his qui feud. dar. poss. c. 1. §. fin. de success. feud. c. 1. §. si duo. de feudo Marchiæ. PROPTEREA quod dentur propriè ob servitia militaria, quæ mulier sexu repugnante commodè obire nequit.

DEINDE obstat jus jurandum sive fidelitas, cujus itidem foemina ob lubricum consilii & judicii incapaces creduntur. c. 1. de form. fidel. quod in emphyteusi aliud est, ibi enim tam foemina quam masculi, & alii hæredes extranei succedunt per legem 3. C. de Iur. emph. II. VASALLO

à DOMI-

à DOMINO feudum GRATIS, ac LIBERE saltem ob quandam debiti remunerationem conceditur, & de propria feudi natura est, ut pro eo debeatur personale tantum servitium: EMPHYTEVTAM autem annuas quasdam Canonis vel pensionis praestationes dare oportet, vel etiam aliquando à principio certam pecuniae quantiratem praenumerare cogitur, ut not. in c. constit. extr. de relig. dom. §. adeo. Instit. locat. & in l. 2. C. de Jur. emph. & Cynus in Auth. ingressi. C. de SS. Eccles. inquit; quod illud proprie FEUDUM dicatur, quando quis servitium praestat personale, improprie autem quando reale servitium praestatur, ut not. in c. 1. de nova form. fidel. Reliquas differentiarum animadversiones supplere poteris, si placet ex Everhard. d. loc.

Negativam sententiam videntur Albert. in d. l. de quibus, & ibi quoque Jas. num. 26. Alvar. de feud. cog. in fin. num. 4. Moz. in tractat. feud. de orig. num. 36. & alii. Ipse quoque Bart. in l. iusjurandi, §. si liberi, in princ. num. 5. ff. d. operis. libert. aperte decidit: quod istae consuetudines feudales, cum non sint REGULAE, nec rationes à jure communi traditae, non existuntur allegabiles ad decisiones aliarum causarum in alia materia quam feudali: quia cum sunt jus consuetudinarium & ideo singulare, ad consequentias trahi eas non debere, l. jus singulare. 16. & l. quod contra. 14. ff. d. ll. sed ad hoc poterit RESPONDERI. Si cum Alexandro in l. divortio, §. fundus. ff. solut. matrim. Curt. Jun. in tract. feud. p. 1. q. 3. nu. 9. Rosenth. in tractat. feud. conclus. 10. nu. 4. Sonsbec. de feud. c. 1. nu. 5. & aliis distinguamus: AUT jura feudalia disponunt aliquid contra rationem, & regulas juris communis, aut praeter vel secundum eas ratione aliqua naturali & probabili in facto proposito utuntur. PRIORI casu negamus extra materiam feudalem has consuetudines ad causarum decisiones allegari posse: Quia tum stricti juris & strictè intelligenda nec ad alias causas extendenda sunt, l. 99. d. V. O. l. 39. d. ll. c. quod ad translationem, & ibi Panor. in ult. not. ext. de offic. leg. Bart. in l. postquam dotem in antepenuit. col. ff. soluto matrimonio. Clar. in §. feudum. q. 3. Sonsbecc. p. 1. n. 56. & seqq. Sylvan. de feudis. q. 1. Borch. c. 2. nu. 32. 33. ubi EXEMPLA adfert, quae ultra jus feudale in aliis causis non stringunt & obligant, veluti, QVOD parentes liberis in feudis non succedant, c. 1. de Nat. success. feud. QVOD in probatione deficiente actore reo defensio detur cum 12. sacramentalibus, c. un. quid sit investitura 2. f. 2. c. un. de consuet. rect. feud. QVOD filiae à successione parentum in bonis feudalibus removeantur, c. 1. §. 1. d. success. feud. l. f. 8. QVOD matrimonium ad morganaticam, contractum valeat, c. 1. d. matrim. & morganat, & DENIQUE quod hoc jure consuetudinario de feudis in testamento nulla dispositio fieri possit, c. un. de success. feud. Borch. d. loc. Goedd. disp. feud. 1. thes. 8. lit. b. Obrecht, d. disput. l. c. 3. th. 87. & seqq.

Neg. sens.

Obj.

Responsio per distinc. Aienem.

Exempla ubi feudale in aliis causis non obligat.

- 1.
- 2.
- 3.
- 4.
- 5.

D

POSTE.



26.
Rationes
affirmato-
riae.

POSTERORI verò id affirmamus: QVIA ratio naturalis vim legis habet, l. 7. ff. de bon. damnat. Et sufficit sola ad decidendum, l. 13. §. 7. ibi ex ipsa naturali iustitia. ff. de excus. tutor. Imò quærere legem, ubi habemus rationem nihil aliud est, quàm infirmitas intellectus secundum Arist. Ang. conf. 204. incip. quoniam in ultimis voluntatibus. in ult. colum. IV. SCIRE leges non est verba earum tenere, sed vim & potestatem, l. 17. ff. d. ll.

Atqui consuetudo est species legis, §. 3. Instit. de I. N. g. & c. d. l. 32. d. ll. & optima legum interpres dicitur in l. 37. & l. seq. ff. eod. E. si procedere licet ad similia per legem, d. l. 12. cum seq. eod. utique etiam licebit per consuetudinem. RATIO connexionis est: quia genus omnibus suis speciebus essentiam communicat: & leges non verbis sed rebus impositæ sunt, l. 2. in fin. C. comm. de legat. l. 3. C. de lib. præ. l. 1. C. d. lat. libert. toll. l. 3. §. 9. ff. de adim. vel transferr. legat. l. 9. C. quæ res pig. oblig. poss. Cicero 2. de invent. & hoc casu consuetudines feudales optimè possunt allegari in aliâ materiâ etiam non feudali. QVÆ distinctio colligitur ex Alex. in conf. 102. nu. 6. l. 4. ubi dicit JURA feudalia hæc adhibitâ distinctione, quando videlicet non sunt contra regulas juris communis, in materiâ emphyteuticâ allegari posse, & Innoc. in c. dilecto in 2. col. extr. d. offic. Arch. refert consuetudinem onerosam & contra jus non debere extendi ad alias causas, nec ad alias personas, secus tamen esse in consuetudine laudabili, quæ sit PRÆTER JUS: quia in ea procedi de similibus ad similia: pro hac quoque distinctione facit, l. quod. 39. non ratione. ff. d. l. ubi dicitur, quod non ratione introductum est, sed errore primùm, deinde consuetudine obtentum in aliis similibus locum non habet: expressè igitur vult hæc l. quod ubi consuetudo introducta est cum ratione, & non contra rationem, in similibus locum sibi vendicet. E. quando jura ista feudalia non pugnant cum ratione, sed in ipsâ ratione naturali fundata sunt, non solum habebunt locum, in casu expressè deciso, ut in emphyteuti, sed etiam in aliis similibus.

IX.

Deniq; hujus juris tantus rigor est, ut tam laicos, quàm clericos, sive personas Ecclesiasticas obliget.

*Imò feudale
etiam ob-
ligat per-
sonas Eccle-
siasticas.*

Hoc statuunt secundum gloss. in c. ex part. de feud. & c. Apostolica, d. re judic. lib. 6. Felin. in c. 1. d. constir. Abbas, Baldus, & alii in c. cæterum de judiciis. Alvarot. in c. 1. in pr. nu. 14. & Jas. c. 1. nu. 36. d. his qui

qui feud. dar. poss. Laudens. in prælud. feud. nu. 6. Schrad. in tract. feud. p. 1. q. 2. Rosenth. d. feud. c. 1. conclus. 9. Curt. Jun. part. 1. q. 1. Moz. in tit. de his qui feud. dar. poss. nu. 30. Sonsbecc. part. 1. de feud. num. 6. Geil. 1. observ. 37. nu. 3. Mynsing. cent. 5. observ. 48. nu. ult. & alii quamplurimi. Et quidem Bald. in prælud. feud. 3. colum. dicit: **ISTAS** consuetudines non solum in foro contradictorio, sed etiam in foro conscientie, & sic in foro Ecclesie, nisi concernant periculum animarum observandas esse: idem Bald. etiam in l. fin. C. fin. cens. vel reliq. fund. comparar. non poss. inquit: **QVOD** si Ecclesia tenet feuda à seculari, tenetur servare id, ad quod alii vasalli adstricti, etsi ille dominus esset Rusticus, idem in d. loco vult: **QVOD** si Ecclesia est feudataria, tenetur præstare juramentum fidelitatis, sicut tenetur quilibet alius: Hoc ipsum quoque ex ipsorum pontificum decretis, ut ex d. c. cæterum extr. d. Judiciis. in c. verum & fin. & ex c. ex transmissa. ext. d. for. compet. probatur. **IBI** n. summi **PONTIFICES** super contentione feudali Ecclesiasticas personas remittunt ad dominos feudi seculares, quin imò etiam tam coram domino feudi, quam coram paribus curie, licet illi laici sint æquè ut cæteri Vasalli conveniri & in jus vocari possunt, d. c. ex transmissa & c. verum ext. de for. compet. c. 1. & ib. Dd. d. controv. in t. Dom. & Episc. **ET QVAMVIS** hoc in loco Francisc. Curt. in tract. feud. 2. quæst. 1. part. prin. **DISTINGUAT**, inter **CONSVETVDINES FEVDORVM NVDAS & SIMPLICES & CONSTITVTIONES** quasdam **IMPERATORVM**, quæ libris feudorum insertæ sunt: ut illo quidem casu feudorum consuetudines: hoc autem non nisi quatenus sint à jure canonico approbata, **CLERICOS, & ECCLESIAS** ligent: **NIHILO MINVS** tamen dicendum est, quod istæ constitutiones Principum & Imperatorum, pari vinculo astringant & obligent clericos, ac aliæ consuetudines feudales. **NAM** cum naturam feudi in quibusdam forment, & reforment, & codici insuper feudali insertæ sint, quis quæso ab harum observantiâ clericos & Ecclesias, à secularibus dominis beneficia tenentes, exemptas dixerit, cum qui vult antecedens, eum etiam consequens velle necessario concludendum sit, arg. l. 62. d. procurat. Bald. in d. c. Cæterum ext. d. judiciis, & Bart. in l. rescripto. 6. §. fin. ff. d. Mun. & honor. Albert. c. quod clericis. nu. 41. extr. de form. compet. **ET** licet aliàs **CLERICI** coram Laicis non conveniri, nec ab ipsis in seculare judicium trahi possint, etiamsi sub juramento consentiant in iudicem Laicum, cum hoc tendat contra Canonica statuta, jura publica, quibus privatorum pactis derogari non possit; c. si diligenti cum similibus, d. for. compet. & c. qualiter d. judiciis.

Rationes confirmatorie 1.

2.

3.

4.

Distinguit Curtius.

Rejicitur Curt. Distinct.

In f.

Resp.

TAMEN in contrarium sunt allegati textus, ut c. ex transmissa & c. verum, d. for. compet. ubi aperte deciditur, **CLERICOS** coram domino seculari conveniri debere, & hoc fit non ratione **PERSONÆ**, quam

D 2

quam

im
3. s.
L,
un-
ult.
po-
d. ll.
ere
per
pe-
unt,
oll.
off.
al-
ex
tin-
na-
d.
ex-
tu-
bus
d. l.
nde
igi-
on-
ista
ra-
hy-

ni-
yo-

sto-
i in
his
qui



quam representat Clericus, sed ratione REI in feudum acceptæ, quam recognoscit Clericus à Laico, & est sub jurisdictione Domini secularis & Laici. Etenim licet per infeudationem transeat dominium utile in Vasallum, tamen dominium directum remanet penes ipsum concedentem. E. Dominus judicando de feudo, censetur judicare de re suâ propriâ potius, quàm de Clerici personâ. AT QVE ita in CAMERA IMPERIALI: (cujus Assessores in pleno Consistorio habent vim interpretandæ legis, ut refertur in ordinal. Camer. p. 1. fol. 66. §. Vno wo einiges. & in §. Seruer.) pronunciatur testatur Mynsing. 4. observ. 95. UNDE Episcopus qui recognoscit feudum aliquod ab Imperatore etiam appellare debet ad ipsum Imperatorem, non autem ad Pontificem vel Archiepiscopum, vel alium quendam. JUVAT insuper hanc nostram opinionem, quod decisiones feudales non dicuntur leges civiles, nec introductæ sunt à Principe seculari, sed dicuntur consuetudines universales seu generales, tacito universi populi consensu introductæ, & sic tam consensu clericorum, quàm Laicorum, & hâc ratione ligant etiam clericos: ipsi enim recipientes feuda, non tam principum constitutionibus, quàm pacto ipsorum tacitè ad ea, quæ in constitutionibus principum sancita sunt, obligantur, semper enim ea, quæ de naturâ contractus sunt, tacitè acta & conventa præsumuntur, l. cum quid. 3. ff. si cert. pet. Unde succedit regula: *Clericum pacto & promissione suâ se ad id obligare posse, ad quod ratione constitutionis Imperialis non teneretur*, Jas. d. l. placet. nu. 22. C. d. SS. Eccl. &c.

X.

*Feudales autem hæc consuetudines corpori
De compi- Juris insertæ, quin à privatis hominibus colle-
latoribus. ctæ ac compilatæ fuerint, dubium non est.*

Objectione.

Dissentiunt tamen & hoc in loco haud vulgariter inter se Dd. & quidem Duar. d. feud. c. 1. n. 4. Hanner. lib. 1. c. 1. Connan. lib. 1. c. 1. Hartm. Pist. in quæst. Jur. lib. 2. q. 43. nu. 17. Hottom. in comm. feudal. in præfat. Molin. in consuet. Paris. t. 1. nu. 46. existimant: HOC JUS ab incerto auctore esse collectum atque introductum; E QVIDEM constare partim ex constitutionibus Imperialibus CONRADI LOTHARII, FRIDERICI & aliorum Imperatorum: PARTIM ex variis consuetudinibus Mediolanensium, Cremonensium, Placentinorum, Regni, & aliorum locorum: PARTIM etiam conscriptum ac compositum esse ex nonnullorum, ut puta Oberti de Orto, Gerhardi Capagisti, & aliorum sapientum, & Jurisperitorum responsis, quæ non necessaria, sed probabilia saltem sunt: Olim

Olim quidem responsa Prudentum & Jctorum, etiam sine principis licentia vim legum obtinebant, juxta textum in l. 2. §. post. hunc. ff. de Origine Juris, sed tempore, D. AUGUSTI constitutum fuit, ut ex Principis auctoritate, Jcti responderent, nec eorum responsa sine hac auctoritate vim aliquam legum præ se ferre poterant, d. l. 2. §. primus. de Orig. Jur. Nusquam autem ex his libris probari potest, Dd. illos has decisiones ex auctoritate Imperatorum compilasse.

ERGO sequitur istas decisiones non esse necessarias, sed probabiles tantum, neque aliis Juriscivilis communis articulis in determinatione judicialium dubiorum auctoritate & efficacia pares esse. Sed hoc non obstante RESPONDE-
RI potest ex communi illa regula, quæ dicitur: QVOD quando quis sciens contradicendo potest impedire actum, & non impedit, sed tacet, habetur pro consentiente, l. sapè. 63. §. scientibus. ff. de re judicata, gl. in l. fidejussor. §. Pater in verb. manifestum. ff. de pignor. JAM autem extra dubium est, constitisse Imperatori, has decisiones à privatis illis Dd. esse conscriptas ac compilatas, in scholis legi, & allegari in judiciis. ERGO non improbando, videtur eas approbasse, quàm consequentiam gl. communem refert in l. quo enim. ff. rem rat. hab. Ejus enim, quod publice fit, nemo ignorantiam allegare potest, d. l. sed etsi pupillus. 11. §. præscribere. 3. ff. de instit. act. Præterea allegatos Dd. viros summæ eruditionis & nominis Obertum nempe de Orto, & Gerhardum Capagistum seu Nigrum, CONSULES Mediolanenses, ibique pragmaticos insignes teste Ottone Frisingensi lib. 2. de reb. gest. Friderici. c. 13. & primarios hujus Juris auctores & collectores fuisse elegans habemus testimonium. 2. feud. 1. UBI Obertus de Orto filio suo Anselmo salutem dicens usus feudorum se expositurum promittit. DE Gerharo idem quamplurima testantur cc. ut c. 1. qui curiam vendidit. 2. feud. 51. c. 1. d. feud. dat. in vic. leg. com. 1. feud. 27. c. 1. de feud. form. 2. feud. 30. 32. 34. c. 1. an mutus vel alias imperfect. feud. retin. 2. feud. 36. cum similibus. Baldus in prælud. feud. num. 3. Afflict. num. 10. Ifern. nu. 17. Præpos. nu. 6. & 7. Mozz. de orig. feud. nu. 32. Schneidevv. de feud. part. 1. n. 1. Borcholt. de feud. c. 2. n. 28. Vult. de feud. lib. 1. num. 4.

Solutio.

Distributio librorum feudaliu[m]

PRÆTEREÀ hic sciendum est totum jus feudale commodè in quinque libros distribui posse, secundum Cujac. Quorum PRIMUS ab initio usque ad c. un. de feud. cogn. se extendit. SECUNDUS est à tit. de feud. Cognit. usque ad tit. in quibus caus. feud. amit.

- 1.
- 2.
- 3.
- 4.

TERTIUS est à tit. in quibus caus. feud. amit. usque ad tit. si de feud. Vas. ab aliq. interpell. fuer.

QUARTUS est à tit. si de feud. Vas. &c. usque ad finem text. feudaliu[m].

D ;

QVIN.



30.
5.
Auctores
lib. 1. quis?

QVINTVS denique liber constitutiones Imperatorum Conradi Lotharii, & Friderici continet. LIBRI primi auctorem fuisse Gerhardum Nigrum Consulem Mediolanensem, Jac. Cujac. in proleg. ex eo affirmat, quod in c. un. §. fin. de success. feud. disponitur, ut si in investitura tali pacto convenerit, ut masculi & foeminae in feudo succederent, masculi praferantur foeminis, quae sententia Gerharo Nig. ascribitur, in c. un. §. similiter de capit. qui cur. vend.

Libri 2. &
3. Auct.
Libri 4. in
certi sunt
Auctores.
Lib. 5. Auct.

II. PROPTER legem commissoriam, c. un. de feud. dat. in vic. l. com. quae in feudis locum non habet, sicuti nec in pignoribus obtinet, l. ult. C. de pact. pign. Id quod similiter attribuitur Gerharo Nigro in d. c. un. §. pen. de capit. qui cur. vend. Unde probabiliter concluditur, Gerharum lib. 1. esse auctorem & compilatorem. LIBRI

secundi & tertii, secundum eundem Cujac. auctor esse fertur, Obertus de Orto, similiter civis Mediolanensis, & ideo quidem, quod in utriusque libri exordio & inscriptione praefixum sit ipsius nomen cum salutatione ad Filium Anshelimum. DENIQUE asserit Cujac. LIBRI IV. incertos esse auctores, quod vel exinde liquet, dum in c. 1. si de feud. Vas. ab aliq. interpell. fuer. hi duo consules sapientes vocentur, ex eo verisimile non esse, eos ipsos tanta arrogantiae vitio infectos fuisse, ut se etiam sapientes appellitare non erubescerent. QVINTI LIB. auctor esse creditur.

HAGOLINUS antiquus Glossator & Professor Bononiensis, qui res interseruit ex mandato Imperatorum: ut placet Odofredo & Baldo, quos sequitur Cujac. in procem. feud. EX QVIBUS relinquatur Gerharum Nigrum & Obertum de Orto trium priorum librorum esse compilatores, nec ab illa sententia dimovebit nos argumentum. Duar. & Connan. quod auctoritas Oberti & Gerhardi non ut auctorum, sed ut

Conclusio.

testium producatursapius. Quippe in obscuro non laet, alia ab aliis progressu temporis fuisse adjecta, qui illorum, ut collectorum primario- rum sententiam recitarunt. Vixit uterque tempore Friderici Barbarossae primi, qui Conrado 3. successit circiter annum Domini 1152. ut colligitur ex 2. feud. 33. verb. in quib. teste D. Arumao in disput. feud. 1. thes. 3. Reliquas objectiones, quarum 12. in unum fasciculum comportavit Conradus Olemannus in disp. 2. feud. Giphani. nu. 42. & seqq. in ipso congressu accuratiore judicio persequamur, ne Disputatio nostra, contra instituti rationem, in immensum excresecat.

XI.

*Hisce igitur generalibus, sine quibus
vix ac ne vix quidem cum fructu ad se-
quentia*



quentia pervenire potuissemus, jam premis-
sis tandem rem ipsam aggredimur, Et ad ^{31.} De defini-
feudi definitionem descendimus. Quæ qua-
stio cum Et nominis Et rei simul definitio-
nem complectatur, rectius secundum artis
præceptum nos facturos arbitramur, si à defi-
nitione nominis primùm digressi fuerimus,
cum nemo res intelligat nisi prius verba co-
gnoverit. Quæ (ut Plato in Cratylo do-
cet) sunt instrumenta, quibus res signifi-
cantur.

XII.

Eam autem proponit nobis Obertus de ^{Nominis}
Orto in c. un. §. fin. per quos invest. fiat, ^{definitio.}
feudum scilicet à fide, vel fidelitate
dici.

Quæ definitio licet à multis improbetur, tamen omnibus aliis Ety-
mologiis relictis, hanc arripiemus, hanc exosculabimur, hanc fovebimus.
Quippe de FORMA & ESSENTIA feudi est FIDES seu FIDE-
LITAS, quæ in omni feudo requiritur, tam à Domino, quàm à Vasallo; ^{Rationes}
uterque enim ratione & vi mutuae obligationis fidem præstare tenetur, c. ^{confirmat-}
un. qual. jur. deb. Vasall. c. un. de form. fidel. Quæ si omittatur & ne-
gligatur FELONIA committitur in Vasallagio, & feudo cadit tam Do-
minus quàm Vasallus, dicitur enim in c. un. §. Domino, si de feud. de-
funct. content. sit. &c. de DOMINO committente feloniam, per quam
Vasallus amittere debet feudum, si eam committit, proprietatem feudi ad
Vasallum pertinere, sive peccavit in Vasallum, sive in alium, quo loco
illa.

32.

illa verba: **PROPRIETATEM AD VASALLVM PERTI-
NERE**: notanda sunt, cum regulariter in Vasallum non proprietas,
sed ususfructus feudi transeat, c. un. in fin. in quibus caus. feud. amit.
Hinc fides secundum Stoicos ex eo, quod fiat, quod dictum est, dicitur,
auctore Cicero lib. 1. offic. & Mozz. in tractat. de feud. c. 1. num. 4.
FIDEM dici ait **QVASI FAC, & DIC.** quia Vasallus in facto &
dicto fidelis esse debet. Vnde Vasalli, qui feuda habent, appellantur fi-
deles, c. un. de his qui feud. dar. poss. c. un. quib. mod. feud. amit. & c. un.
de contentione inter dom. & fid. **QVIA** domino suo fidem promissam
servare, & erga eum in dicto facto, hoc est, in sermone, & opera fideles
esse debent, Mozz. d. loc. n. 4. Seyff. in speculo feud. in definit. feud. &
Chassan. in consuet. Burgund. in Rubr. de feud. num. 5. **VULGO** hic

Object.

objicitur hanc Etymologiam vocabuli non esse propriam, quia etiam in
aliis **CONTRACTIBVS** requiritur bona fides, quam fallere
grave est, l. 1. in princ. ff. de pec. constit. l. bona fides. 31. ff. depositi. & l.
bonam fidem. 4. C. de obligat. & act. Vnde sic argumentantur. Oninis
notatio, quæ latior vel strictior est suo notato, vitiosa est. Sed hæc notatio
talis est.

*Notatio
latior &
strictior est
Latior.
Strictior.*

E. Assuntum probo, quia vocabulum fidelitatis circa plu-
ra objecta occupatur quàm feudum, idque patet inde, quod & officium
magistratus, & simul mandatum, quod summam fidem requirit, contine-
at. Eà igitur inspectione latior suo notato videtur.

Resp.

1.

DEINDE strictiorem in eo cognoscimus, quod non in omni feudo
fidelitas præstetur, sed quandoque remitti possit, c. 1. per quos fiat investi-
ra. Sed **RESP. FEVDVM** ob sui excellentiam dici consistere in
fide, quia dominus committit Vasallo vitam, honorem, & bona, c. 1. de
nov. form. fidel. & licet in omnibus **CONTRACTIBVS** re-
quiratur bona fides: tamen cum nullâ aliâ in re, quàm in feudo, tam ar-
ctè, tamq; strictè bona fides exigatur, ideò fides sive fidelitas *κατ' ἐξοχήν*
merito saltem de feudo prædicatur, quia feudum datur principaliter pro-
pter fidem & fidelitatem, c. 1. §. nulla. per quos fiat invest. Contractus qui-
dem habent suam fidem, sed si eam secundum conventionis tenorem semel
liberaveris, nulla te amplius sequitur obligatio pr. Inst. quib. mod. toll. ob-
lig. Ast fides, quæ ex beneficiariâ & feudali conventionem descendit, nun-
quam nisi per supremam vasalli diem solvi potest, quia vasallus semper &
quotiescunq; necessitas exegerit, fidem suam erga dominum exercere
debet, & non illam tantum vulgarem, qua contrahentes invicem sese con-
stringunt: sed bona & corpus, ubi periculum inciderit pro domino expo-
nere debet.

Qui autem fidelis esse recusat, ei nulla debet fieri investitura. **DE-
INDE** argumentum à notatione negativè sumtum non est latius nota-
to: quia regulariter verum est, non præstatur fides vel fidelitas, ergo non
est feudum, secus est si affirmativè sumatur, ut fides illic præstatur. **E.** est
feudum

feudum. SECUNDO ad alterum assumptionis membrum RESP. d. c. 1. non
de ipsius fidelitatis sed juramenti fidelitatis remissione loqui. A fidelitate a.
ipsa ad juramentum fidelitatis non valet consequentia. Illa remitti nequit,
cum de cujusque feudi essentia necessario exigenda & domino præstanda
sit. Hoc autem juramentum fidelitatis pro arbitrio suo dominus exigere
vel remittere potest. Neque OBSTAT huic Etymologiae, quod objicit
Hotom. c. 1. disp. feudali, feudum a fide dici non posse, quia tunc potius
fidelium, fidum, vel fidelitium primam syllabam integram retentam, dicendum
esset, unde existimat Hotom, feudum probabilius a fida Longobardico vo-
cabulo deduci, quod inimicitiam hostilitatemque significat: ut in legib. Lon-
gobardicis videre est, præsertim in constit. primam de fido, & in constit. de
homicidiis liberor. hominum: cujus amovenda gratia Vasallus dominum
juvare debet, fidaque levare, quod & Jac. Columbin. in gloss. c. 1. de
his qui feud. dar. poss. subindicat. RESP. Hoc non refragatur: Con-
cedimus enim feudum crassam, exoticam, barbaramque esse vocem, & ex
pharetra Longobardorum prolatam, sed quia Obertus de Orto optimè no-
verit in omni feudo de substantia requiri fidem, haud dubiè propter co-
gnationem literarum, feudum a fide latino vocabulo deducere maluit, ut
quasi fidum esset, VVes. c. 1. de feud. in princ. Et hæc communis est Dd.
sententia, Curt. p. 1. q. 7. Julius Clar. q. 5. §. feudum. Zas. p. 1. num. 2.
Bald. in procc. nu. 7. Schrad. p. 2. c. 1. nu. 4. Joan. Garf. in tract. de ex-
pens. c. 12. nu. 30. & 31. Borch. c. 1. princ. Gothofr. Ant. disp. de feud. 1.
thes. 2. lit. b. Niell. d. disp. 1. feud. thes. 6.

QVÆ tantò magis amplectenda, quòd ex re ipsa ducta sit, hoc
est ex forma feudi, quæ cuique rei dicitur dare suum nomen & esse, l. 9. §.
3. ad exhibend. l. 13. §. 1. de V. S. Ardiz. de feud. c. 4. Afflict. in prælud. nu.
39. Blanc. 1. de feud. Sonsbecc. p. 2. nu. 23. Mozz. de orig. feud. nu. 1. Cu-
jac. in princ. comment. de feud. DISSENT. Dd. variè: alii feudum
deducunt à fœdere, quod Dominus & Vasallus de præstanda fidelitate inter
se ferire solent. Et hanc Etymologiam Anton. de Prato veteri referente
Montan. lib. 1. c. 1. circa fin. probavit. Zas. in epit. nu. 2. p. 1. & in l. 2. in
pr. num. 22. de O. I. Hannef. lib. 1. c. 1. Sonsbecc. p. 2. num. 32. Philipp.
Melanth. in comment. ad officia. Cic. à Germanico nomine Sueden/
quòd pascere significat, derivat: quia feudum in pratis & pascuis, ut pluri-
mum consistit, quem secutus est Joachimus à Beust. in l. admonendi. 37.
de Jurei. fol. mihi. 427. Nam prædia feudalìa ad hoc dantur Vasal-
lis, ut inde se, familiam, & equos honestè alant, ut parati esse
possint ad servitia. Dominis suis præstanda & militares expeditiones
obeundas, quoties necessitas tulerit, & ad hoc specialiter fuerint
evocati.

33.

Ri.

Varia feu-
dorum de-
rivatio.

B

Alii



Alii aliundè feudi etymon sumunt: ut Connan. & Hotom. à verbo vacelleto, seu vasleto, quod ministrum significat: Vigelius à Germanicâ voce Vogthey. Nam Germani Vogt vocant curatorem, præfectum, præsidem, vel præpositum, & ipsa præfectura est die Vogthey/Deniq; Johan. Bodin. scribit nomen feudi, collectum esse ex initialibus literis verborum *Fidelis ero Domino vero meo*, quam olim formulam Jurisjurandi, quâ Vasalli fidelitatem spondebant, fuisse perhibet de Rep. lib. 1. c. 9. in pr. Vid. Petr. Heig. lib. 2. nu. 66. Rosenth. Synopf. feud. c. 1. conclus. 6. num. 3. Borcholt d. loc.

XIII.

De defini-
tione rei.

Huic definitioni nominis succedit nunc definitio rei, quæ nobis majorem injicit scrupulum, & difficultatem, variè enim definiri à variis verissimè dicit Nicol. Mozz. de Orig. feud. num. 5. in tract. feudal.

Feudum
definitur
beneficiū.

A quibusdam enim definitur BENEFICIUM ex benevolentia datum alicui, ut proprietas rei immobilis beneficiatæ seu in feudum datæ penes dantem remaneat: ususfructus verò illius ita ad accipientem transeat, ut ad eum hæredesque suos masculos & fœminas (si ita actum est) in perpetuum pertineat, ad hoc ut ille & sui hæredes fideliter domino serviant: text. in c. 1. §. beneficium, in quibus caus. feud. amit. & in cap. un. de his, qui feud. dar. poss. c. un. de feud. March. cum quatuor seqq. c. 1. de prohib. feud. alien. per Loth. eandem etiam defendunt, Baldus in prælud. feud. Hostiens. in sum. tit. de feud. c. 2. Zasius in Epit. p. 1. n. 4. Duar. de feud. c. 2. Joh. Oldend. clafs. 5. de act. benef. Hotom. in disput. feud. c. 4. Borch. de feud. c. 1. num. 7. Clar. in feudum. q. 4. Curt Jun. pag. 1. qu. 6. c. 7. Sonsbecc. de feud. p. 2. num. 2. Rol. à Vall. conf. 39. num. 29. colum. 2. Verùm Jul. Clar. in d. §. feudum. q. 4. in f. putat eam non sine difficultate transire. Grandiùs in illam invehitur Systellus, dum rusticam & minus elegantem nominat, in specul. feud. tit. de defin. feud. in verb. ususfructus. Interim dubium non est, nec ullâ ratione negari potest, feudum esse beneficium, ita enim appellatur in d. cap. Unde Vasalli sæpè dicuntur BENEFICIARI, ut in c. 1. de feud. dat. in vic. leg. comm. An autem propriè feudum per beneficium possit ac debeat definiri haud immeritò quis dubitare potest, nam beneficium ab Oberto in

e. i. in quib. caus. feud. amic. & Senec. lib. de benefic. definitur. Quod
fit BENEVOLO ACTIO, tribuens gaudium capientibus capiensq;
tribuendo in id, quod facit, prona & sponte suâ parata. Jam autem feu-
dum ACTIO dici non potest. E. nec beneficium: à quo enim remove-
tur genus, ab eodem etiam removeri speciem necesse est: ACTUS
quo feudum constituitur præcedit, feudum igitur actui consequens. Sicut
igitur causa & effectum ita differunt & actio illa benevola seu beneficium
& feudum: Nam in feudo tenetur Vasallus adesse domino eumque pu-
gnando juvare contra proprium patrem, fratrem aut filium, exinde au-
tem non fit gaudium capienti, sed potius dolor est contra naturam bene-
ficii, & Vasallus ratione accepti beneficii, hæc omnia facere tenetur, ut
dispon. in c. un. §. ult. hic finitur lex &c. E. feudum beneficium defi-
niri non potest. DEINDE feudum datur ob causam, & ex eo inter con-
trahentes dominum videlicet & Vasallum *συνέταγμα*, id est, mutua
obligatio constituitur. Per quam alter alteri de benevolentia & fide invi-
cem præstanda obstringitur, 2. Feud. 52. d. prohib. feud. alien. per. Frid.
& tit. 26. si de feudo defuncti content. sit. §. domino, ubi not. Hotom.,
item lib. 1. F. 21. vers. vel si dominis suis. BENEVICIUM autem
gratis confertur: nec enim beneficium præstat, qui præstat debitum, l. 1.
§. pen. ff. de aq. quotid. & æst. beneficium accipiens solum naturaliter ad
antidota non autem civiliter obligatur, l. sed et si lege 25. §. consuluit. ff.
de petit. hered. TERTIO feudum etiam citra benevolam conce-
dentis actionem acquiri potest, ut præscriptione, 2. F. 26. §. si quis per 30.
annos. c. 1. d. usu Mediol. 1. F. 28. gl. in c. 1. §. præterea. d. capit. Con-
rad. 1. F. 40. Rittershus. 1. lib. 1. partit. feud. c. 18. nu. 3. QVARTO
interdum pretio interveniente, 1. F. 7. d. nat. feud. & tit. 20. d. benef. frat.
& qual. frat. in benef. frat. succ. item 1. F. 2. in pr. Sonsbecc. p. 2. nu. 8.
Borch. d. feud. c. 1. nu. 12. qui dissentientes apponit. QUINTO
Vasallus adversus dominum qui feudum concessit de evictione agere po-
test, tit. 8. in pr. & 25. lib. 2. f. quod in beneficii concessore minimè obti-
net, l. 18. §. ult. ff. d. donat.

DENIQUE cum beneficium non sit ipsa feudi generalis essen-
tia, sed tantum adventitia & adjuncta quædam feudi qualitas: ideo feu-
dum commodè per beneficium definiri non poterit, Bocer. Class. 4. disp.
11. th. 8. Hotom. disp. feud. c. 4. & in comment. ad §. fin. tit. 23. lib. 1.
Rittersh. d. feud. c. 3. nu. 4. Obrecht. d. disp. feud. c. 4. th. 120. & seqq.
Giphan. in annot. disput. 1. feud. num. 12. Vult. d. feud. c. 2. n. 5.

SECUNDO antiqui interpretes, ut Bart. in l. jurisgentium,
§. quinimo. ff. d. pact. Albert. Brun. conf. 2. nu. 17. Joan. Jac. d. Leonard.
conf. 114. num. 204. Curt. in tract. F. 2. p. in pr. num. 52. quos sequitur
Ludov. Schrad. p. 2. c. 2. d. F. Duar. c. 2. Feudum CONTRACTUM
esse statuunt: quia inter Dominum & Vasallum ex feudali convention-

35.
Rationes
cur feudū
per benefi-
cium non
possit defi-
niri. 1.

2.

3.

4.

5.

6.

II.

Alii feudū
per contra-
ctum defi-
niunt.

E 2

OTMVO

56.

haud secus atque ex alio contractu oritur ultrò citròque obligatio, c. 1. in fin. de form. fid. 2. F. 6. Matth. de Afflict. c. 1. §. si facta. num. 11. si. d. F. defunct. cont. Card. Paris. conf. 1. num. 21. lib. 1. Johan. Jac. de Leon. conf. 117. num. 80.

I A M autem negotium, ex quo ultrò citròque obligatio descendit, propriè contractus dicitur, l. Labeo. 19. vers. contractum. ff. de V. S. & quidem N O M I N A T U S, de quo infra, quia à consuetudine videlicet feudum nomen habet, Bart. in d. l. jurisg. 7. §. quinimò num. 19. & ibi Ias. nu. 16. & 17. ff. de Pact. Curt. in tr. f. q. 9. num. 1. p. 1. Bald. in c. quæ in Ecclesiarum. nu. 21. extr. de constit.

*Rationes
cur per cō-
tractum
definiri
nequeat.*

1.

V E R U M hisce sese opponit Hotom. lib. 6. obs. c. 7. & cur feudum per contractum definiri nequeat, aliquot rationibus probat. I. De re privatâ & familiari, quæque in commercio est & æstimationem recipit, contrahi solet, l. 7. §. si paciscar, l. 38. ff. de pact. l. & inter stipulantes. 83. §. sacram rem. ff. de V. O. l. 6. & 17. de contrah. empt. §. item juris. Inst. de inutil. stip. At in feudo de re privatâ & quæ sit in, com-

2.

mercio, non contrahitur. E. feudum non est contractus. Propositio certa est ex dd. ll. Als. probo, quia feudum & clientela potissimum instituta est, ad caput, vitam & salutem senioris seu Vasalli, quæ res æstimationi & commercio hominum non subjacent, sed ab utroque eximuntur, unde non res privatæ sed publicæ dicuntur, cum nemo sit dominus membrorum suorum, l. liber. homo. 13. ad L. Aquil. sed unusquisque pars ejus Reipub. cujus civis est, reputetur.

3.

S E C U N D O Contractus lucri & negotiationis causâ fiunt, l. actionum. 25. §. 1. d. obl. & act. à quo feudi natura & ratio abhorret, quod enim pecuniâ emitur improprium est. T E R T I O contractus ab initio voluntarii, postea verò necessarii sunt: neque sine utriusq; contrahentium voluntate dissolvi possunt, l. sicut. 5. C. d. obl. & act. l. 17. §. 3. ff. commod.

4.

F E U D U M autem à Vasallo potest refutari, remitti & restitui seniori quamvis invito, quotiescunque ei commodum visum fuerit, per c. un. d. Vas. qui cont. const. Loth. reg. ben. alien. 2. F. 38. & ratio est secundum Zas. quia quilibet favori & juri suo renunciare potest, l. si quis in conscribendo 39. C. d. Pact.

*Differen-
tia inter
contractū
feudalem
& feudum
ipsum.*

Q U A R T O contractus solo consensu perficitur: Feudum autem in investiturâ, traditione, Sacramento, idque coram paribus curiæ, c. 1. quid sit invest. c. 1. qui test. sint necess. c. 1. quib. mod. feud. const. pot. c. 1. qual. feud. poss. alien. A L I U D ergò est contractus feudalis & aliud feudum ipsum, quia contractus est causa feudi: at feudum est ejus effectus, constituitur enim per contractum, c. de forma. 18. c. 22. q. 5. dum jus usufructus in certis rebus, certâ conditione datur & accipitur. E T quemadmodum servitus personalis sive realis à contractu, quo ea inducitur multum distat. §. fin. Inst. de servit. sic & feudum à contractu feudali discrepet plurimum necesse est, Vvesenb. d. F. c. 1. D. Arum. in disp. F. 1. th. 20. & seqq.

QVINTO

QVINTO quando inspicimus rem ipsam, hoc est, beneficium quod in Vasallum confertur, feudum contractus dici non potest, magis enim habet speciem donationis, liberalitatis, gratiæ & beneficii, arg. l. interdictum. 14. ff. precario. **SEXTO** feudum quandoq; absq; contractu constituitur, veluti cum quis testamento suo, per modum ultimæ voluntatis, alicui prædia quædam in feudum legat. Item cum Vasallus feudum præscriptione acquirit, ut supra dictum, Bocer. d. disp. thes. 12. **SEPTIMO** si contractus verbum propriè & strictè accipiatur, quatenus consideranda est **CONVENTIO & PACTIO**, quæ inter dominum & Vasallum fieri solet, feudum contractus dici nequit: ratio desumi potest ex Ulp. in d. l. Labeo. 19. ff. d. V. S. ubi dicit: quædam **GERUNTUR**, quædam **CONTRAHUNTUR**. **ACTUS** verbum generale est, siue re, siue verbis quid agatur, veluti in **STIPULATIONE & NUMERATIONE**: Contractus autem ultrò citroq; obligatio est, veluti **EMPTIO, VENDITIO, LOCATIO, CONDUCTIO, SOCIETAS**. Atqui teste Duar. ad l. 1. ff. d. pact. & lib. 2. Annivers. disp. c. 8. pactio- nes & conventiones, propriè contractus dici nequeunt. E. nec feudum propriè contractus appellari poterit. **QUANDO** autem contractus verbum latè & generaliter, prout omnem obligationem comprehendit, accipitur, non dubitat Fachin. feudum tum contractibus annumerari posse, quatenus reciprocas obligationes domini & Vasalli continet, de his latius vid. Hotom. d. l. Cujac. lib. 6. d. F. in præf.

QUOMODO autem feudum cum aliis vicinis & cognatis contractibus, ut **EMPHYTEUSI, PRECARIA, LIBELLARIA, OBLIGATIONE LIBERTI, & CONVENTIONE de VSV-FRUCTU CONSTITVENDO**, conveniat videatur Giph. in disp. F. 1. num. 59.

TERTIO, Feudum ab Hotom. in disp. F. c. 4. definitur **CLIENTELAM MILITARIAM**, eâ lege contracta, ut cliens pro beneficio accepto militarem operam præbeat: vicissimq; patronus suam illi fidem & benevolentiam præstet. **SED** hæc definitio suo definito angustior est: Continet enim tantum illa, feuda, quæ militiæ causâ dantur, cum tamen multa hodie feuda non ob militiam duntaxat, sed aliàs etiam ob causas, imò cum sola fidelitatis conditione, citra ullius servitii mentionem vel exactionem dari soleant.

Talis igitur definitio quærenda, quæ omni speciei competat & de omni feudo prædicetur, & omni tempore vera sit. Nam ex specie definire genus vel definitionem ex majore & potiore parte constituere, non est Logicum, ut loquitur Dnl. Vult. t. 7. de F. cap. 21. num. 7. in fin.

QVARTO

37.

5.

6.

7.

III.

Feudum definitur per clientelam militarem.

Hæc definitio rejicitur.



38.
IIII.
Definitur
etiā quod
sit concessio
rei, quod
itidem sal-
sum.

QVARTO Gofredus feudum definit, quod sit **CONCES-**
SIO rei pro homagio facta, in summ. d. feud. quo etiam genere utuntur,
Alvarott. c. 1. §. f. tit. 23. lib. 2. F. Jac. d. Belyf. in procem. F. col. 1. Zas.
p. 1. VVef. in tr. d. F. c. 1. nu. 11. sed quæ ratio est, cur feudum non possit
definiri beneficium, eadem ratio est, cur feudum definiri non possit con-
cessio: feudalis enim concessio, & ipsum feudum differunt, tanquam
caussa & effectus, quia concessio constituit feudum. E. constituti feue-
di genus esse non poterit.

XIV.

Vera feu-
dorum de-
finitio.

*Verum his & similibus definitionibus,
quæ commenta potius Dd. quàm vera rati-
onum momenta redolent, rejectis, Feudum
definimus, quod sit Jus quoddam re aliena
immobili vel equipollente, certo modo uten-
di fruendi, ex benevolentia domini sub lege
mutue fidei concessum.*

Rationes
confirma-
toria.
Feudi vo-
cūla diver-
simodè
usurpatur.

Niell. disp. F. 1. th. 6. Goth. Ant. disp. F. 1. th. 2. D. Arum. disp. F.
1. th. 18. Obrecht. disp. feud. 1. th. 139. & seqq. Et quidem rectè, nam vo-
cabulum **JURIS** in definitione generis loco optimè ponitur, notissimum
enim est, quod ejus significatione quamplurima comprehendantur, l. pen.
& ult. ff. d. J. & J. & per illud pleraque negocia in jure definiantur. Ergo
quin feudis etiam applicandum sit, haud dubites. Sic & **FEUDI** vo-
cūla *πολύσημο* est & diversimodè in hac materiâ usurpatur, Alex.
Raudens. d. analog. lib. 1. c. 34. in pr. I. Accipitur pro **RE IPSA** in
feudum datâ. c. 1. §. item si Vasallus. §. rursus. si d. invest. contr. fuer. l. F.
4. c. 1. §. econtrario. d. invest. de re alien. fact. 2. F. 8. c. 1. v. si verò ibi feu-
dum malo ordine intravit. d. mil. vas. quæ contum. est. 2. F. 22. & mul-
tis aliis. **SECUNDO**, pro **CONTRAHENDI ACTU**, Vigel. d.
F. c. 2. q. 3. 5. & 6. sic **DEPOSITUM** modo pro **RE** depositâ, l. 1. in
pr. ff. depof. modo pro **CONTRACTU**. §. præterea. Inst. quib. mod.
re contr. obl. modo pro **ACTU** contrahendi sumitur, l. 1. §. si apud. l. si
convenerit. §. si deposuero. ff. depof. sic **PIGNVS** pro contractu, §. 1.
Inst. quib. mod. re contr. obl. & pro ipsa **RE** pignori obligata accipitur,
l. 9.



l. 9. §. 1. d. pign. Act. TERTIO pro CONTRACTU per quem Vasallo JVS in feudo constituitur, c. 1. d. usu Mediol. 1. F. 28. ibi: per feudum investitum, c. 1. in pr. & §. 1. per quos fiat invest. 2. F. 3. ibi per feudum tamen cuilibet dari potest &c. & 1. §. item si possederit. §. similiter, si de invest. fuer. controv. c. 1. d. success. feud. c. 1. d. feud. dat. in vic. leg. comm. & aliis quampluribus. Diss. Hotom. in d. l. 6. obs. 7. ut in precedenti thesi ipsius fundamenta audivimus, quem late refutat Rittersh. 1. F. 3. q. 5. QVARTO, frequentius sumitur pro ipso JURE in re feudali per contractum constituto, pro ut etiam in definitione nostrâ ponitur, c. 1. d. nat. feud. c. 1. quib. mod. feud. constit. c. 1. quæ fuit prim. caus. benef. amitt. c. 1. d. consuet. rect. feud.

Dicimus JVS UTENDI FRVENDI, quia in feudo hoc agitur, ut rei immobilis ususfructus à domino in Vasallum transferatur. 2. F. 23. Ubi secundum Obertum de Orto, feudum definitur VSVSFRVCTVS. Jam ususfructus est JVS utendi fruendi alienis rebus, salvâ earum substantiâ, §. 1. Inst. d. usufr. l. 1. ff. eod. Et manet feudi salva substantia, quia deteriore conditionem feudi Vasallus facere non potest, sine feudi amissione, c. un. §. econtrario, d. invest. de re alien. fact. E. cui competit definitio ususfructus, eidem etiam definitum. At definitio ususfructus, cujus fit mentio, in d. l. 1. de usufr. & in d. princ. Inst. eod. etiam feudo competit. Nam & feudum est JVS re in feudo datâ utendi fruendi salvâ ejus substantiâ, arg. c. Fridericus. §. quicumque d. pac. ten.

DICIMVS DE RE ALIENA, quia ususfructus in rebus duntaxat alienis consistit, d. §. 1. Inst. de Usufruct. RES enim sua nemini seruit, l. utifruï §. in pr. ff. si usufr. pet. l. in re communi. 26. de serv. urb. præd. Nec id quod meum est amplius meum fieri potest, §. sic itaque discretis. 14. Inst. de Act.

Addimus IMMOBILI vel ÆQUIPOLLENTE, quod expressè habetur in c. un. §. f. 2. F. 1. ibi feudum non nisi, id est, duntaxat, ut ita explicat Hotom. disp. F. c. 16. in rebus soli aut solo cohærentibus, quia id quod solo cohæret, pars fundi censetur, l. 44. de R. V. aut in iis, quæ aliâs inter immobilia connumerantur, consistere posse.

Dicimus ulterius cum Duar. d. F. c. 2. CERTO MODO UTENDI FRVENDI, ad differentiam ususfructus simplicis, quem Ius civile non feudale novit. Nam feudum simpliciter ususfructus non est, sed quidam ususfructus, quod in nostrâ definitione per verba CERTO MODO denotamus. Quippe multa habet singularia, quibus ab illo usufructu civili differt.

I. FEVDVM ad Vasalli hæredes regulariter in infinitum transit, 1. F. 1. de his qui feud. dar. poss. §. antiquissimo in f. VSVSFRVCTVS autem cum personâ usufructuarii extinguitur, §. finitur, Inst. de usufr. nisi speciali pacto fuerit conventum, ut

39.

3.

4.

Cur feudū
dicatur,
Ius utendū
fruendi.

Ususfructus
Iuris civilis
quomodo
differat ab
usufructu,
etiam feudali.



40. etiam in heredem usufructuarii transferatur, quam conventionem Justinianus coarctavit usque ad heredem primum, l. antiquitas, 14. C. de usufruct. II. VASALLVS feudi & servitutum habet vindicationem, 2. F. 8. c. de invest. de re alien. fact. §. Rei a. & tit. 43. de controv. int. vas. & alium. quod denegatur usufructuario, l. 1. si usufr. per. l. r. & fin. de Nov. op. nunc. III. FEVDVM non nisi in rebus immobilibus, aut quæ jure immobilium æstimantur, constituitur, d. c. de feud. cogn. VSVSFRUCTVS autem indistinctè, in quibusvis rebus, tam mobilibus quàm immobilibus, etiam iis, quæ utendo consumuntur, consistit, l. 13. d. usufr. & l. 1. ff. usufr. quemad. cav. IV. IN FEUDO semper fides, & plerumq; servitia præstantur, 2. F. 2. qer quos. si. invest. in fin. & 23. §. ult. QVOD itidem non fit in usufructu, Vult. tr. de F. c. 2. num. 9.

In quibus
hae duae
species co-
veniant.

Obj.

Resp.

INTERIM hæ duæ species in genere conveniunt. GENVS est usufructus, quod essentiam suam utrique speciei communicat, quia, causæ essentialis in genere continentur, quæ in materiâ & formâ consistunt. MATERIA generalis usufructus, sunt res alienæ: forma vero in utendo fruendo vertitur. E, quicquid dicitur de genere, id etiam de qualibet specie dici debet. Cum igitur tota essentia usufructus feudo comperat, ut de materiâ & formâ ostensum fuit, utique quod in uno usufructu dispositum est, in altero negari non debet. SED huic dubio respondendum, feudum ab usufructu in specie dicto, ut speciem à specie differre.

Etsi enim qualibet species totam generis essentiam, quæ materiâ & formâ constat sibi participet, tamen cum sit pars sui generis: necessè est, ut propriam habeat formam, propriasque affectiones, quibus ab aliis speciebus secerni possit. Hinc in scholis dici solet, plus esse in specie, quàm fuit in genere. Tota quidem generis essentia inest in specie, sed essentia illa non est simplex, sed alternata, ex quâ alternatione species constituuntur, eleganter Vult. d. loc.

Sequitur in definitione ex benevolentia, hoc est, amore & honore domini, c. un. d. feud. dat. in vic. leg. comm. ATQVE hinc est, cur toties feudum in jure feudali vocetur BENEFICIUM, id est, actio benevola, promptissimo animo concedentis facta, d. c. un. in quibus caus. feud. amitt. & c. un. d. feud. March, vel duc. cum c. seq. in f. 14. & 15. 27.

Deniq; additur: sub lege mutua fidei, quia fides est de formâ feudi, quæ illud inesse deducit, & in omni feudo necessariò requiritur, c. un. §. fin. per quos. fin. invest. 2. F. 3. c. un. qual. jur. deb. vas. dom. 2. F. 5. c. 1. de nov. form. fid. 2. F. 7. c. un. in fin. d. controv. feud. ap. par. ter. min. tam ex parte DOMINI, quàm VASALLI, c. 1. in f. de form. fid. 2. F. 6. c. 1. §. domino. si de feud. def. cont. sit. 2. F. 26. c. 1. §. in quibus

etiam

etiam d. consuet. rect. feud. 2. F. 33. c. un. qual. dom. propr. feud. priv. 2. F. 47. c. 1. in f. princ. d. not. feud. 2. F. 58. **QVIA** in constitutione feudi inter dominum & vasallum mutua necessitudo contrahitur, de fide invicem præstanda ut supra dict. Est enim, ut vasallus dominum, tanquam patronum suum comiter observet, & vicissim patronus clientem suum sibi cordi & curæ habeat, arg. l. quidem. 132. de V. O. & hæc fides seu fidelitas pacto contrahentium remitti non potest, Duar. in tract. d. F. c. 2. n. 3. Cum esset id pactum contra rei substantiam quæ mutari nequit, adeoque contra bonos mores, & ideo irritum, l. pacta. 6. C. de d. pact. l. 12. d. prec. Zas. p. 1. n. 8. & p. 5. num. 30. & p. 6. num. 21.

ETSI enim feudum aliquod esse possit sine fidelitate, hoc est, sine fidelitatis juramento, non tamen potest esse sine fide: quia à fide nomen & essentiam suam habet, 2. F. 3. per quos fiat invest. §. fin. Obrecht. disp. feud. th. 142. ut pluribus sup. eiyctum.

XV.

Nunc quid feudum sit, & quomodo propriè definiatur, paucis declaratum fuit, contractus non est, sed jus quod per contractum constituitur, an autem ille contractus sit nominatus vel innominatus, stricti juris vel bonæ fidei, quæri solet?

Eleganter hanc quæst. tractat Curt. Jun. in tr. F. p. 1. q. 9. Et quidem **NOMINATUM CONTRACTUM** esse secundum communem Dd. opinionem concludit. I. **QVIA** in eo omnes proprietates, quæ alias nominatis contractibus attribuuntur, conspiciere licet: utpote sunt, certum **NOMEN** & certa **FORMA**, quorum utrumque à consuetudine accipit. **DE** nomine satis constat cum hæc res ocularem ferè demonstrationem incurrat. **FORMA** etiam non latet, quæ circa investituram & fidelitatis juramentum occupatur, Bart. in l. jurigentium. 7. §. quinimo. nu. 7. ff. de pact. II. **QVIA** inventus post legem. 12. tabull. sub titulo proprii nominis sub singularibus consuetudinibus & naturis, quas nullus alius contractus habet, Bald. in c. quæ in Ecclesiarum. ext. d. constit. Angel. in l. legitima. ff. d. pact. Bart. Socin. conf. 160. Jas. in Ulib. F. n. 33. 34. 35. & l. 1. C. de Jur. Emph. V. Ves. c. 1. nu. 7. Clar. in §. feud. q. 6. n. 1. Rittersh. partit. feud. c. 3. q. 6. **SED** Curtius d. loc. contra

Cur contractus feudalitatis est nominatus

1.

2.

Object.

F hanc



42.

hanc opinionem fringentes: nempe præcipuam esse DIFFERENTI-
AM inter contractus NOMINATOS & INNOMINATOS, quod in contractibus innominatis admittatur pœnitentia, non autem in contractibus nominatis, l. si pecuniam. §. in pr. ff. de condict. ob caus.

2.

Atqui in feudo ex parte vasalli admittitur pœnitentia sive renunciatio, c. 1. d. Vas. qui cont. const. Loth. E. ex parte Vasalli seu accipientis non potest dici contractus nominatus. II. NE QV E etiam potest dici contractus nominatus ex parte dantis, nominati enim contractus, si perfecti esse debeant, hoc requirunt, ut si alicui non impleatur, non potest ille cui non impletur, repetere data, sed debet agere, ut cogatur adversarius ad contractus implementum, l. incivile. 12. C. d. R. V. At in feudis quando vasallus domino non præstat debita servitia, datur ei rei vindicatio ad fundi repetitionem, secund. gl. & com. Dd. in c. 1. §. sed nec est alia causa, quæ fuit prim. caus. amit. benef. E. Feudum contractus nominatus dici nequit. III. UBI deficit actio nominata, ibi contractus nominatus dari non potest, sed in feudo deficit actio nominata. E. contra-

3.

ctus feudalis per quem feudum constituitur contractus nominatus esse aut vocari non potest. RATIO connexionis est, quia contractus nominati non cognoscuntur per nomen contractus, sed per nomen actionis, qui si pariunt actionem, secundum nomen contractus dicuntur nominati, alias secus. A S S. probo, quia si facta fuerit promissio de investiendo, datur actio ex stipulatu, sin autem nuda pactio de infeudando interposita, datur conditio ex lege, vel actio præscriptis verbis. R E S P. negando propositionem quæ universalis non est, quia non semper actio nominata aut innominata constituit contractuum nominatorum & innominatorum differentiam, specificam.

Solut.

1.

EX E M P L O nobis sit, quod ex M U T U O & S T I P U L A T I O N E, ubi certum petitur, non dentur speciales & nominatae actiones, sed sufficiat C O N D I C T I O certigenæ, l. 24. ff. de reb. cred. l. 9. in pr. & §§. seqq. ff. eod. quas tamen species inter contractus, & quidem nominatos, referri certissimi juris est. N E C nos movet, quod in feudo locum habeat pœnitentia, d. c. de vas. qui const. Loth. quæ in contractibus nominatis cessat, quia nec hæc nota legitimam & specificam nominatorum & innominatorum contractuum differentiam inducere videtur, cum id commune habeant contractus innominati, cum quibusdam nominatis; veluti cum S O C I E T A T E, §. manet. Inst. de societ. l. 1. com. div. M A N D A T O, §. rectè Inst. d. Mand. cum D E P O S I T O. l. 1. §. pen. depof. & quibusdam aliis, quibus naturâ suâ pœnitendi facultas inest. V N D E in argumento ex loco pœnitentiæ ducto, firma non poterit constitui differentia.

2.

D E I N D E multæ sunt singularitates, in materiâ feudali receptæ, quæ in aliis contractibus locum non habent, Curt. d. loc. nu. 36. in f. Jul. Clar. in §. feudum. q. 6. nu. 1. Bart. in d. l. Jurisg. 7. §. quinimo.

3.

n. 19.

nu. 19. & ibi Jas. nu. 16. & 17. ff. de pact. Jas. in prælud. feud. nu. 34. So-
cin. conf. 68. n. 6. lib. 1. & conf. 165. nu. 5. lib. 2. Bald. in. d. c. quæ in Ec-
clesiarum. nu. 21. ext. d. const.

An verò contractus sit **BONÆ FIDEI**, vel **STRICTI JU-
RIS**? Hæc quæstio admodum ambigua est, adeò ut citra piaculum in-
utramque partem animi gratiâ ventilari possit. **PRO** priori membro pu-
gnant hæc rationes. I. **IN** dubio ab Etymologiâ sive verbi notatione pro-
babile sumitur argumentum. Nic. Everhard. in loc. ab Etym. **ATQVI**
feudum derivavimus à fide, quæ est de ejus formâ & adjuncto inhærente,
per quod feudum est, id quod est. E. fides in feudo maximè exuberare
debet. Unde consequens est, hunc contractum potius bonæ fidei, quàm
stricti juris esse. **QVIA** hoc proprium est omnium contractuum bonæ
fidei, ut substantiæ eorum essentialiter bona fides inhæreat, §. fin. Inst. de
Obl. quæ ex conf. l. 152. §. fin. d. R. J. l. 1. vers. est enim, de æstim. Act.
II. **QVOD** provisum est in adjuncto proprio, etiam provisum cense-
tur in ipso subjecto. **ATQVI** in Pactis bonæ fidei contractibus in con-
tinenti adjectis, provisum est, ut pariant actiones, l. 13. C. d. pact. l. lecta
86. ff. d. Reb. cred. l. 7. §. 5. ff. de pact. Id quod proprium bonæ fidei con-
tractuum adjunctum à sanioribus **JCTIS** esse putatur. E. cum idem præ-
dicetur de feudo, c. un. d. invest. de re alien. fact. 2. F. 8. **UTIQVE** con-
tractus bonæ fidei censebitur. **RATIO** connexionis est, quia adjun-
ctum arguit naturam & qualitatem sui subjecti per jura notissima. III. **SI**
dominus ex contractu feudali tenetur evictionem præstare, licet ea de re
specialiter nihil sit dictum, adhuc colligitur illum contractum esse bonæ
fidei. **VERUM** est primum, d. c. un. d. invest. d. re al. fact. E. & postre-
mum. **RATIO** consequentiæ est: quia id solum dicitur de emptione
& venditione quæ contractus bonæ fidei est, l. 6. C. d. evict. l. 11. in pr. &
§. 2. d. act. empt. IV. **VASALLUS** ab aliquo interpellatus potest lau-
dare & vocare dominum, ut se defendat, c. un. si d. feud. vas. interpell. **AT**
hoc non obtinet in strictis judiciis: ibi enim denunciatio prius litem con-
testatam præcedere debet, l. 29. §. 3. d. Leg. 3. Sed tantum in bonæ fidei
judiciis, l. 29. §. 2. d. evict. E. V. **BENEFICIA** latissimè & plenissi-
mè interpretari debemus, l. pen. d. const. princ. **ATQVI** feudum be-
neficium nominatur, 2. F. 23. In quib. caus. feud. amitt. §. ult. E. VI. **IN**
contractibus bonæ fidei **USURÆ** debentur, si mora sit commissa, idq;
ex judicis officio, l. 24. ff. de pos. l. 47. d. act. empt. l. 32. §. 2. de usur. l. usu-
ræ. C. de pos. l. præses. C. d. locat. & cond. non jure obligationis, l. 49. §. f.
ff. d. act. empt. Idem in contractu feudali per consequentiam juris deci-
sum videtur in c. d. nov. form. fid. 2. F. 7. in f. **ET** ratio connexionis est,
quia in strictis judiciis citra vinculum stipulationis multæ usuræ deben-
tur, l. 3. C. de usur. Præpos. c. 1. in pr. num. 2. d. feud. cogn. Rittersh. part.
feud. c. 4. q. 8. in f.

43.

An contra-
ctus feuda-
lis sit bona
fidei vel
stricti juris.
Rationes
pro priorè
membro.

1.

2.

3.

4.

5.

6.

F 2

PRO

44.
Rationes
pro poste-
riori mem-
bro. 1.

2.

3.

4.

PRO membro posteriori militant hæc fundamenta. PACTA si-
ve conventiones, de re ad rem, vel de personâ ad personam non extendun-
tur, l. 27. §. 4. ff. de pact. ATQVI consuetudo est tacita pactio, l. 32. ff.
de ll. E. non erit extendenda de feudo cum sit stricti juris, l. 3. §. 6. Vbi
Dd. de Negot. gest. l. 99. de V. O. Quare contractus feudi erit strictè
interpretandus, & verba ejus sunt propriè & strictè intelligenda, nec ali-
quid extrinsecum subintelligi debet, l. 26. §. 2. d. V. O. II. SI consue-
tudo est stricti juris, E. & contractus consuetudine introductus. Ratio con-
sequentix est, quia talis debet esse effectus, qualis est causa, III. HIC
contractus non enumeratur, in §. actionum. 28. Inst. de act. ubi tamen
omnes bonæ fidei contractuum species nominatim exprimuntur. IV. SI-
MILE sui simile producit, l. 14. de stat. hom. l. 1. §. 3. d. J. & J. ATQVI
actio quæ ex feudo competit est stricti juris. E. & feudum, Bald. c. 1. in pr.
num. 6. & ibi Matth. d. Afflict. nu. 2. si d. inv. feud. fuer. controv. Curt.
tr. f. p. 1. q. 9. in. f. Socin. conf. 165. n. 8. lib. 1. Mar. Mant. conf. 74. n. 11. Eligant
igitur benevoli lectores, utram sententiam velint. Nos in priorem
magis propendemus.

*Dic si fortè queas melius, meliora sequamur
Desine si nequeas, cur ita carpis opus.*



COROLLARIA.

I.

*An pœna, quâ fur ob quinq. solidos subtractos suspen-
ditur, juri divino & æquitati consentanea sit? Affirmamus.*

II.

An jus accrescendi locum habeat in feudis? Negamus.

Disp. I L.

X2617642

1017





Inches 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19
Centimetres

Farbkarte #13

B.I.G.

Blue

Cyan

Green

Yellow

Red

Magenta

White

3/Color

Black

LIS
NARI, I. 1609, 1

E, AU-
COM-
T DEFL-
RUM.

MAGNIFICI
is, in hac legum

E
ultissimo
VERTHERO

dam proponit
US Isleb.

S.
o judicio judicate.

IDNERI,
x.

de Isleb. 12.

15

